



# **Chronici Ditmari episcopi Mersepurgii, libri VII nunc primùm in lucem editi**

<https://hdl.handle.net/1874/456054>

4

lee

# CHRONICI DITMARI EPI- SCOPI MERSEPVRGII, libri VII. nunc primùm in lucem editi.

*Accessere de vita & familia Ditmari, tam paterna quàm ma-  
terna stirpis, item de veteribus Mysnia Marchionibus,  
usque ad CONRADVM, Timonis F. ex historia  
Ditmari context & expositiones:*


AUCTORE

REINERO REINECCIO  
STEINHÉMIO.



FRANCOFVRTI AD • MOENVVM  
Ex officina Typographica Andreae Wecheli,  
M D LXXX.

OF ROME  
OF MARTIN  
OF THE



OF THE  
OF THE


IN CRHONICON  
DITMARI EPISCOPI MER-  
SEPVRGII.

AD

MAGNIFICOS VI-  
ROS, EGREGIA LEGVM  
LIBERALISQVE DOCTRINÆ ERVDITIO-  
NE, SVMMA DIGNITATE, AVCTORITATE ET VIRTV-  
te excellentiff. atque ampliff. DN. LAMPERTVM DISTELMEIER  
& DN. ADRIANVM ALBINVM, Doctores Iureconfultos, illu-  
striff. Electoris Brandenburg. &c. Cancellarios, Patronos suos  
perpetua obseruantia colendos.

Proœmium

REINERI REINECCI  
STEINHEMII.



*ADVA* res est, summique ingenij, Histori-  
am scribere: & qui eam præstant operam,  
præclarè de omnibus merentur publicè. Est &  
hoc cum utilitatis fructu coniunctum haud  
pœnitendo, profecta àb aliorum industria id  
genus monumenta, si fortè lateant, proferre  
in lucem, quemque inde contraxere situm,  
conueniente lima detergere atque expolire.  
Qui in primo genere fuerint hæctenus è veteri historia de illustrium  
familiarum explicationibus conatus nostri, quod ea parte operæ præ-  
cium fecerimus, à me dici, hæcque inculcando repeti, decere pudorem  
nostrum non videbatur. Et sunt commētarii nostri in medio: Quos  
Deo fauente atque opitulante persequi contexendo ita animus est,  
ut regnorum, tyrannidum, dynastiarum, quæ vel prioribus mon-  
archis adhuc desunt, vel ad quartam pertinent, & hæc nostra tem-  
pora attingunt, dem uniuersas: modo in hoc cursu deserendos nos ab  
patrocinijs necessarij opeij haud existimauerint, quos hanc in se re-  
cipere curam par est. Nunc ad alterum genus aggredi, visum fuit.  
Et si quæ ab eo instituto dehortarentur, causa occurrerent plurimæ.

EPISTOLA

Et sanè prouidebam, non de futuros, qui hoc culparent atque traducerent inclementius. Quibus respondeo, idem nos hìc, quod de Commentariorum nostrorum editione, spectare, nempe unum commodum publicum. Enimvero quantum ad Ditmari Chronicon attinet, quod iam publicandum typis curauimus, omnino id ab aliis, quibus in censendo plus ingenij, plus industria, suppetisset, editum malletm. Verùm cum ad hoc appulerit animum hactenus nemo, succedere in partes eas mihi libuit, ne auctoris, profectò diligentis, & cognitū dignissimi, desideraretur lectio diutius. Quibus autem ea res mihi uigiliis constiterit, qui in exemplari, quod nacti essemus deprauatissimū, aliquo modo restituēdo, ex anclandi labores, quae afferēda diligentia fuerit, haud libet persequi operosius. Hoc satis perspicio, neq; adeo celatum esse à quoquam potest, ad incōmoda omnia tollēda, futurā uiam expeditissimā fuisse, si auctoris αὐτοῦ γράφων, quod adhuc superesse, Brotusius in annalibus suis Mersepurgenibus meminit, haberi potuisset. Sed cum in eo hactenus frustra laborārim, restat id scilicet, in hoc tantisper ut acquiescamus, quoad nostrō reliquis excitatus exemplō, vel αὐτοῦ γράφων, vel aliud hoc nostrō correctius ἀπὸ τοῦ γράφων proferat. Ac ne sua et merita quis laude parte hac per nos fraudetur, scire istud uniuersos volumus, deberi prolatum à nobis exemplū bibliotheca illustriss. Electoris Saxon. AVGVSTI, Principis clementiss. et patroni horum studiorum benigniss. sicque prodire, ut cum in editione coniungere operam mecum eiusdem illustriss. Electoris rescripto iussus esset Petrus Albinus Niuemont. Professor acad. Viteberg. publicus, patriaque historia studiosiss. ac peritissimus, in primis autem summæ necessitudinis usu atq; officiis mihi coniunctiss. prouinciā illam ultrò concesserit. Porro autem ut ne auctorem ipsum praterisse reticentia et obliuione videamur, quae de eo dicenda fuerint, post expositione peculiari complectemur, unde repeti omnia uolumus. Argumentum historiae ipsius est de Imperatorum Saxoniorum quinque rebus gestis, implicatis, quod postea monebimus, de aliarum gentium Regibus ac Principibus expositionibus, quae ad idem tempus pertinerent. Qua parte et si diuersorum elaborasse industriam constat, Ditmaro tamen & fidem & auctoritatem maiorem conciliat, quod pleraque non audita sed uisa, & quorum ipse pars fuerit, referat. Sanè ut hoc concedamus, quaedā illum omisisse, quaedam etiam in disertius explicasse, ita hoc opinor, nemo inficiabitur, non pauca ab eo simul nostra simul externa tradita, quae alibi nusquam reperiantur. De nostris quod pro eo  
affe-

## DEDICATORIA

offeram nihil, est & pietatem patriæ hoc in genere impendisse vide-  
 tur debitam. Eandem de externis fidem et industriam præstitit: ut  
 de his non minus Ditmaro quam indigenis plerisque tribuerim.  
 Neque enim negari potest, multa hos sæpe gratia, multa invidia, odio,  
 ira largiri. Quibus omnibus mentis iudicium tanquam nube qua-  
 piam, ut ne veritatis lux perspiciatur, impediri, obscurum esse ne-  
 mini potest. Accenseo autem externis. Italica, Gallica, Anglica,  
 Danica, Polonica, Russica, Heneta, Vngarica. It alorum ingenia  
 non uno loco depingit: & qui in Gallia tum etiam motus extiterint,  
 non omittit. Quanto opere Angliam Dani afflixerint, ut ad Chri-  
 stianismum perducti sint, accuratè persequitur. Habet idem de Po-  
 lonis, & è diverso, ut Heneti atque in primis Lusatii & Obotriti,  
 qui hodie Megalburgenses sunt, abiecto Christianæ religionis cul-  
 tu ad Ethnicas superstitiones, ceu canis ad vomitum, redierint, de-  
 monstrat. Adde his expositiones luculentas de tribus Polonia Prin-  
 cipibus, MISECONE BOLES LAO Chrobro & MISECONE alte-  
 ro. Equibus cum Boleslao vulgò regij nominis dignitas tribuatur,  
 & ita tribuatur, ut auctor huius astruatur Imp. Cæs. OTHO III.  
 Aug. Ditmarus hac de re verbum nullum: ut dubitare de ea fortè  
 liceat: Cum interim, qua is & Misco pater, de iuncti Imperio es-  
 sent, clientelam non dissimulet. Vngarorum immanitatè passim in-  
 culcat: & ut hæc etiam gens ad Christianismum peruenerit, ut re-  
 gibus uti cœperit, explanat. Iam quid cætera commoda, quid docu-  
 menta, quæ historia hæc præbet amplissima, commemorem? Idenim  
 peculiaris argumenti fuerit. Tamen in documētis aliqua ut attin-  
 gam, facile in his princeps fuerit de religione, quæ ut iam per idem-  
 pus obscurata fuerit, addocet Ditmarus liquidissimè, neque in Hi-  
 erarchia Romana ordinis Ecclesiastici ambitionè, utq; is profusa  
 principum illectus munificētia, in hoc uniuersum studium consum-  
 serit, ut diuitis & facultatibus afflueret, reticet. Quæ res ut Prin-  
 cipes planè exhaustit, ita religionis interitum accelerauit. Et Epi-  
 scopi, atque in primis Pontifex Romanus, iam antè inde à P HO-  
 CÆ Cæs. temporibus diuersum nomine & titulo tumens, opibus Im-  
 peratori & Principib. pares & præcipuè anathematis fulmine, tã-  
 quam Veiores noui, facti formidabiles, premere illos, & Pontifex  
 ipsis adeo Imperatoribus seruitutem intentare cœpit. Interea verò  
 nõ ita mentes fascinat as omnium fuisse, ut nihil in Hierarchia Ro-  
 mana, & fucata religione, desideraretur, Imp. Cæs. OTHONIS II.  
 planum facit historia. Tum enim in contemptum illam adductam,

EPISTOLA

etiam iniuriis vexari cepisse, Ditmarus queritur. Atque ipse Imperator, cum quendam ioculariter initiari sacris iussisset ab Theodorico, Episc. Metensi, homine avaritia inexplebili, is animum Imperatoris atque affectionem tam in Episcopi quam aliorum quorundam ex ordine sacro peruersitatem non ignorans, veluti gratiam haberet: Satiety te, inquit, Dominus in futuro, quem hic omnes non possumus auro. Addatur his altero loco de Imperij eius temporis statu, addatur, quae creditur vulgo, de Septemuirorum creandis Romanis Imperatoribus promulgata sanctione: Quorum ille ut satis ab Ditmaro diligenter proponitur, ita huius mentio nulla fit: Ut quandoquidem de ea recte dubitatur, quid admitti oporteat, definiri hinc difficile non sit. Enimvero cum eadem sanctio ad OTHONEM III. auctore referatur, Ditmarus, et siceteras eius res gestas, et aliquas etiam obscuriores, accuratè pertractat, de hac prorsus nihil habet, et de Brunonis historia, qui in Pontificatu cognominatus GREGORIUS V. Othonis decretum adiunxisse perhibetur, ita explicat, ut animi illum ingrati, et nefariarum in Imperatorem molitionum accuset. Quid nunc hoc attingam, quod Mysnica, et urbis ac Marchiae Mysnae primordia, alibi nusquam enodantur exquisitius? Ut vel hoc uno nomine legi ab omnibus auctor hic meretur. Certè quod nunc usurpamus nomen Mysnia, Ditmaro ignotum est: nuncupatque is regionem illam Slavorum lingua Lomaciam, Germanica Dalemenciam. Nec notiores hic repeto. Tantum id dico, Slavos, qui veterioribus colonis Mysis (hos enim proxime Hermunduros, quos in ea Germania ora Romana celebrant historia, excepisse, opinio est) oppressis sedes horum sibi vendicarunt, exindeque primum Fracica, deinde Saxonica arma exercuerunt, ab aliis uno nomine Sorabos, ab Ditmaro Milzenos et Dalemencios nominari. Ac de Sorabis quidem et Cosmae Pragensi et auctori Chronici Gozecensis Mysnia Serbia dicitur. Et reliquis duabus gentibus Dalemencios maximè Henrici Aucupis, Milzenos vero Henrici II. temporibus floruisse, reperimus. Quae secundum hac adiici monendo praeterea possent, ut numero plurima sunt, ita lectoris committi studio atque attentioni satius fuerit. Vnum id non potui non de Ditmaro repetere, cum genere ille natus tam illustri historias scripserit, eandem curam etiam ad alios ordinis eiusdem atque loci pertinere: Quam ut scribendo nauare omnes nequeunt, ita teneri ad hoc videntur, ut ne eos, qui studium et operam in id conferunt, negligant. Sic enim tandem fiet, quò et nostra patria certare

## DEDICATORIA.

*care cum exteris gentibus hoc in genere possit, & multorum iniquis-  
 simis expositionibus illatas iniurias à se depellat. Estque illud vel  
 in primis notabile, Ditmarum, qui è Germania optimatib. histo-  
 riam monumentis commendarunt, omnium primum extitisse. O-  
 ratio ipsius ea est, quæ in seculi istius barbarie esse potuit. Neque in  
 ipsas expositiones lima adhibenda fuerit seuerior. Quas inter somni-  
 orum, apparitionum aut aliarum superstitiosarum obseruationum  
 digressiones si quem offenderint, ei per me tanquam quisquilias ali-  
 quas, aut de auro scoriam, eas fugiat atque abiiciat, licet, ita tamẽ,  
 ut ne præter casam, secundum Comicum, hoc est ne reliqua historia  
 sanguinem atque succum amittat. Certè ab hac labe neque catera e-  
 ius temporis scripta expertia sunt, quæ si propterea fastidenda quis  
 existimauerit, quid tandem de historia retinebimus integri? Fortè  
 & de eo aliquid in diligentia nostra desiderabitur, quòd nominum  
 priorum scripturam & enunciationem veterem ferè retinue-  
 rim. Ad quod hoc infero, fidem auctori debitam id poposcisse. Acre-  
 linquitur iam hinc argumentum quoddam, ut pronuntiatio Ger-  
 manicæ linguæ vetus à nostra recenti discreparet.*

*Quæ autem de more hic adiungenda esset cuiusdam veluti patro-  
 cinij compellatio, eam ad vos, magnificatq; amplissimi viri, diri-  
 gere visum fuit, quos virtute duce, comite fortuna, ad summas ma-  
 ximasq; dignitates per omnes honorum gradus ascendisse, & orna-  
 mentum reipublicæ, decus & lumen patriæ, cõspicaremur ac vene-  
 raremur. Neque non gratam vobis eius auctoris lectionem fore  
 confidebam, qui nondum hæcenus publici iuris factus fuisset, qui  
 inter Germania nostra proceres primus historiã scripsisset. Quibus  
 tertium accedebat, quòd in opere isto singuli quadam patriæ suæ  
 primordia recognituri essent. Nam quæ tibi, Distelmeiere, ortum  
 dedit Lipsia, nominatur ab auctore semel atque iterum, & quidem  
 orbis nomine appellatur, subiicitque idem & hoc alterum diserta  
 mētione, Ecclesiam Lipsiensem attributam sibi ab Henrico II. Cæs.  
 Nec de ipsius Marchiæ Mysnensis fundatione, non etiam de pri-  
 morum Marchionum historia, alibi vsquam vel verius velexqui-  
 sitius explicatum est. Tamen si de Lipsia non negarim, quod ab aliis  
 traditum est, muro hanc primùm cinctam ab Othone Marchione,  
 cognomento Diuite, qui idem & Fribergam condidit. Silesiorum  
 nomen, unde tu, Albine, genus & prosapiam ducis. Ditmari atate  
 nondum celebrabatur, sed Polonia accensebatur. Nec de notione  
 hæc disputo, non etiam gentis originem inculco. Quanquam de no-*



EPISTOLA

mine magis eorum probarim coniecturam, qui à Slavis derivarunt: Sicuti & à traiectu horum Vratislavia nomen conseruauit. Et nuncupatum eodem modo de eiusdē etiam gentis appellatione Slesuicum in Dania confinio. Memorat tamen Ditmarus vetustissimam Silesiæ ciuitatem Glogouiam, memorat Zaram vel Sorauiam, quæ haud dubiè de Sorabis id nomen tulit quemadmodum ad eosdē alludunt Zorbeck & Zerbst, quæ & ipsa auctor habet. Jam neque nihil forsitan fuerit, quod de compendiaria primorum Mysnia Marchionū è Ditmari expositionibus contexta historiola, & altera de eiusdē familia atque vita, operæ nostræ debeat. Quocirca officium id, quam obseruantia erga vos mea testificationem esse volui, in bonam partem accipiatis, meque deinceps, atque id genus studiorū, in cliētēlam admittatis, quæso etiam atq; etiā. Equidē ut ad historia huius editionem animū appellerem, cum alia ad commodum publicum pertinētia pelliciebant, tum priuatum istud incitabat, quod auctor patriam Saxoniam, quam veteres ita nuncuparunt, mecum communem haberet, & hac à me homini populari pietas deberetur, ut quem infastus quidam genius hæctenus à repub. litteratriæ exclusisset, restitueretur in integrum, & dignitatem suam tuendo, gratiam atque utilem omnibus opem exhiberet. Sanè quod supra indicauī, fuisse inter imperij Germanici optimates Ditmarum omnium primum, qui historiam condidisset, de eò Saxonia habet, quod iure gloriari possit. Cui hoc insuper accedit, quod de Ditmari exemplo euidentis sit, quo otio, quo sumtu, illis opus sit, qui in historia tractanda facere operæpretiū gestiant. Omnino enim ita se habet, quod sapiens & grauis auctor Polybius in hanc sententiam assauerat, eum, qui historias scribere velit, per omnem vitā tractatui huic incumbere, non obiter attingere oportere. Verūm hæc abrumpo, & postremò id moneo, cum de hac erudita doctrinæ parte fermè sola aqua, quod dicitur, hæreat, indeq; <sup>ἐκ τῆς ὀπίσθιας</sup> ipsa adhuc rupta sit, imprimis autem patria nostræ Germania historia languet: ut & illa iusta partium serie cohæreat, & hæc tandem meliusculè habeat, vestro utrinq; similium salubri aliquo atque maturo remedio præstari posse: ea que res vobis cura sit, per illā nostrar spectatissimam virtutem, per summam auctoritatem atque gratiam, per solitam, hoc est prouidam atque incredibilem in repub. ornanda vigilantiam denique per decus, quod agitur, publicum, nec tam nostram solius, quam communem omnium expectationem, obtestor & obsecro. Sic enim existimationē & gloriam vobis

## DEDICATORIA.

bis comparabilis, quam nullorum saeculorum aetates oblitterent, sed  
veram nominis immortalitatem pariat: Ego memoris studii pra-  
dicatione celebrabo, quae tanto merito debita, proficisci à me potest.  
Bene & feliciter valete. Francofurto ad Viadrum prid.  
Id. Sextil. M. D. LXXIX.

IN EDITIONEM DITMARI MERSPUR  
GENSIS, ANTIQVISSIMI HISTORICI MYSNIAE  
& Saxoniae, adornatam à REINERO REINECCIO, V. CL.

*Carmen scriptum*

A

PETRO ALBINO NIVEMONTIO.

Inclita Saxoniae nunc mater, filia quondam,  
Saxoniae grates MYSNIA, redde tuae  
Te penes est etenim siquid, quo iure superbis,  
Quove celebraris, contulit illa tibi.  
Quod veterum in primis cultus exosa prophanos  
Saluantis Christi numina vera colis:  
Quodq; per ingenuas caput infers nubibus artes:  
Diceris & praestans moribus esse bonis:  
Ciuitica quod iusto moderamine fræna gubernas:  
Denique fers Heneto libera colla iugo.  
Scilicet omne tuae debes id filia matri.  
(Quae nunc sorte alia filia facta tua est)  
Natus Othone, trium genitor praelustris Othonum,  
Ex Witkindæo sanguine, testis erit.  
Imbuit ille tuos caelesti aspergine campos:  
Barbariem à caelo depulit ille tuo:  
Condidit is primùm celsas in montibus arces,  
Moenibus & iunctas iussit is esse domos,  
Nobilium hic stirpes erexit, & omnia iustis  
Ordinibus, bello paceque distribuit.  
Nec minus est meritum de te bene filius alti  
Aucupis, aeterno nomine Magnus OTHO.  
Qui vix fundatam fulciuit religionem  
Qua Sala quaq; Albis, Pica & Havelus eunt,


Quique nouas iustis firmavit legibus vrbes,  
Quæ cultum à sera posteritate ferunt.  
Non refero Andinæ dignam rem flumine venæ,  
Qua te nobilitat, Mysnia, Saxo tuus,  
Heroum sobolem: (sub quorum florida sceptris  
Vixisti placidos secla per octo dies)  
Sed redeo ad cultus animorum & docta reperta:  
Exemplum cuius sit liber iste rei.  
Sexcentos hic ante annos à Saxone factus,  
Quo sese iactet Mysnia, primus erit.  
Nec liber in tota est antiquior editus ora,  
Qua nitet in summo Parrhasis Vrfa polo,  
Exceptis Corbeia tuis doctissima scriptis,  
Ditmaro laudem queis Virechinde rapis;  
Nobilitas addit tamen hanc cui Teutona palmam,  
Qua non obscuro noster honore præit,  
De genere illustri bellantum & origine cretus  
Primus is Aonidum quòd graue nôrit iter.  
De quibus admonuit melius, REINERE, legentes  
Addita quæ studio est pagina docta tuo.

Salue sancta parens pietatis & omnis honesti,  
Queis imbuta tua Mysnia dote fuit,  
Salue iterum atque iterum, fortissima Saxonis ora,  
Non vnquam est meriti laus peritura tui;  
Mysnia fulgenti tellus opulenta metallo  
Donec erit stabit gloria parta tibi,  
Illaque non ingrata feret te filia matrem,  
Confectæ & senio post vice matris erit.  
Tu quoque (nunc rerum pulcherrima) Mysnia salue:  
Vtque tuæ matri gratior esse queas,  
REINERVM reuerenter habe: Primordia postquam  
Tractauit populi qui generosa tui,  
Atque huius varias diuerso in Climate sedes,  
Nec non pro charis prælia gesta focis:  
(Donec ad has venit fatis comitantibus oras,  
Condidit & Mysi nomina nota soni)  
Nunc etiam renouando tuæ monumenta salutis,  
Saxonix ostendit se genus esse tuæ.  
Ergo illi grata officium pietate repende,  
Vt tua maiori præmia laude vehat.

STELLA velut cunctos patriæ superauit amore,  
Mysnica qui scriptis dant monumenta suis:  
AGRICOLA vt Stellam veri superauit amore:  
FABRICIVS studio vicit vt Agricolam:  
Sic omnes post se REINERI scripta relinquunt  
Iudicio, studio, relligione, fide.  
Non maiora meis optabo commoda rebus,  
Huic si ME socium fata serena dabunt.

*In urbe ἐπιωνύμῳ ἔδιδες  
ἄγενες τῶν Μουσῶν. Anno  
M. D. X X C.*





4

# DE DITMARI VITA ET VTRAQUE PATER- NÆ ET MATERNÆ STIRPIS FA- MILIA, CONTEXTA E CHRONICO ipsius expositio.



**M**ISIT in Ecclesiasticorum scriptorum catalogo suo Ditmarum Abbas Trithemius. Causam huius suspicari fortè eam possumus, quòd lucè Chronicon Ditmari nondum vidisset, itaque neque ad ipsum peruenisset. Nostra tempestate vitam eius inseruit Annalibus Mersepurgensibus Ernestus Brotusius. Quæ cum in medio sit, nos de ea quicquam adiciamus, opus nò est. Nostram hanc expositionem ex ipso Ditmaro, qui de se testis esset locupletissimus, conteximus: Quæ ut aliud operæ precium factum nullum fuerit, ita hoc ingratum esse lectori nequiverit, quòd labore non mediocri leuetur: quando quæ diuersis in locis & sparsim de se Ditmarus tradidit, nos in vnum quasi corpus coagmetauerimus.

**N**atus est DITMARS illustri Comitum Saxonie domo. Quo autem hæc nomine fuerit, ipse nimis verecundo, ac potius vehementer reprehendendo silentio, reticet: quasi verò hæc æquè nota posteris futura esset, ut tum esse non ignorabat. Repetam autem historiam vtrorumque hinc breuiter, quos tam paterni quàm materni generis Ditmarus conditores habuit, atq; ipse in Chronico suo expressit. Proavi ambo (hos enim vocabulo abavi intelligere illum opinor, exigente etiã eum sensum temporum ratione) quorũ vtrique nomen esset **LOTHARIUS**, ordines duxerunt sub Imp. **Cæs. HENRICO** Aucupe bello Slauico: ac Ditmarus quidem præter generis decus, scientiam eis rei militaris attribuit, & præsidium patriæ nuncupat. Iidem in eo bello ambo cecidere, idque ad 4. Id. Septembr. Hoc enim tantum Ditmarus annotauit, non addito anno: quam eius negligentiam de plerisque narrationibus aliis obseruare est. Subiicio autem nunc proximè generis materni personas, ut eò commodius deinde Ditmari historiam persequar. Reliquit **LOTHARIUS**, quem proauum Ditmari maternum fecimus, filium **HENRICVM**. Hunc alicubi Ditmarus Imp. **Cæs. OTHONIS M.** consanguineum nominauit: Etsi gradus propinquitatis istius non adicit. Et cum ingenio summo esset, cum inde, tum à cognatione beneuolentiam **Cæsaris** promeruit incredibilem, quam is, quoad in vita esset, cõseruauit. Quo tempore **HERMANNVS BILLINGVS**, quem ex nobilitate infima ad Saxoniam Ducatum virtus prouexerat, ambitiosus, & planè iis honoribus, qui soli Imperatori competebant, se excipi Magdeburgi ab **ALBERTO** Archiepisc. passus fuit, institutum id nouum atque insolens vehementer improbauit. Quare cum vincula illi & carcerem Hermannus minitaretur, militum suorum fide ab eâ ignominia defenditur. Vnde Hermannus irritato acerbius, Romam ad Imperatorem, ut de turbis, quarum eum videri fontem volebat, ibi causam diceret, ab illo amandatur. Eò ubi peruenit, & negotium ut se haberet, Imperatori exposuit, facile veniam inuenit: multam ab aduersariis intentatam in ipsos retorqueret: & torque aureo donatus, domum cum honore remittitur. Othoni bello tam manu promptum quàm consilio prouidum se præstat. Occupauit enim opera eius **Cæsaris** fossam quandam hostilem, quæ aditum ad Daniam intercluderet. Quare ab hoc merito in Martionum ordinem cooptatum crediderim. Hac enim dignitate sub **OTHONE III.** memoratur. Quo cum inde minus placato vteretur, quòd Euerkerum, hominem dignitatis equestris, sed fastu inepto tumentem, cuius opera Berwardo, Episcopo Wirceburgensi seruiret, comprehensum excæcasset, Episcopi præcipuè inflatu relegatur. Sed non multo post & Cæsari reconciliatur, & cum Episcopo in gratiam redit. A quo ad sacrum Chilianum euocatus, & habitus tractatusq; prolixè, per insidias a bexcæcati necessario quodã lethaliter sauciatur, ceditq; è vita post triduum.

Loquitur de  
isdem Witi-  
chindus Ma-  
nachus lib. 1.

2  
 Vxor Henrico fuit Iuditha: è qua nati ei liberi: Henricus, Vdo, Sigefridus, Hedwigis & C<sup>v</sup>.  
 NEGVNDA.

Henricus mittitur ab Othone III. cum fratribus ambobus subsidio Kisa Slauo, qui à popularibus rebellibus defecerat. Non multo post piratis agrum ipsius incurfionibus vexatibus, cum iisdem fratribus eis occurrit: & cum in spem bonam erecti singuli contendere praelio ausi essent, ita à fortuna destituuntur, vt Vdo in acie ceciderit, Henricus & Sigefridus in hostium potestatem peruenerint. Eius cladis fama vbi omnem mox Saxoniam peruasit, etsi prater Cunegundā, fratrum horum sororem, diligenter in redimendos illos incubuit BERNHARDVS, Dux Saxonie, tamen cum, quæ à prædonibus deposcebatur, pecuniæ summa non dependeretur integra, Henricus ita dimittitur, vt obsidem dare filium Sigefridum cogeretur, Sigefridus vero frater tertius, planè detineretur. Hac de re dum is vehementer animo angitur, cum amicis aliquot, vt vini tantum subministrarent, quatum ad custodes inebriandos sufficeret, componit: Cumq; ad hoc illi operam promptam nauassent, barbaros ad compotationem prouocat, & illis ex ebrietate profundo somno consopitis, celerem fugam inuit, elabiturq; feliciter, sed vt interim agnato Sigefrido & ceteris obsidibus crudele supplicium conciliari. In hos enim cum barbari omnem furoris acerbitatem effunderent, immaniter & naribus & auribus & oculorum usu priuatos semianimes in portum proiciunt. Moritur Henricus iusta senectute, temporibus Henrici II. Cæs. 6. Non. Octobr. & Comitatus ipsius beneficio Imperatoris, qui tunc Goslarie conuentus ageret, cedit Sigefrido fratri. Reliquit hanc de se nominis famam præclarissimam, quod & de re publica bene meritus fuerit, neque Ecclesiam neglexerit. Vxor eius nominatur EITELA, & filius inde vnicus Sigefridus, de quo diximus.

Hedwigis educatur in monasterio Heflingensi: vbi cum Antistitis duabus defunctis, pater de successione eius sollicitaret diligenter apud Eihelagum Archiepiscopum Bremensem, ab eo reiectus, per Othonem M. Cæs. rem conficit, ita, vt Hedwigis ætatis anno 12. sacerdos maxima inuaguraretur. Fanum quoddam è lapidibus, qui ibi locorum rarissimi sunt, construxit: in quo Iuditha mater inhumata fuit.

CUNEGVNDÆ historiam præter nonnihil perstrinximus. Quæ SIGEFRIDO Comitum matrimonio sociata, & cum alios liberos, tum DITMARVM Episcopum ex eo enixa, moritur post cladem Bernburgensem 3. Idus Iulij. Neg. vltior familia huius propago traditur. Quare ad paterni generis prosapiam Ditmari redeo.

LOTHARIO, Ditmari proauo paterno, nascitur filius eiusdem nominis Lotharius. Qui reus conspirationis in OTHONEM M. Cæs. factus intercessionem Principum vita donatur: & bonis exutus, relegatur in Bauariā. Hac ipsi calamitas cum non ultra annum durasset, & Cæsaris gratia & facultates suas recuperat, & possessionib. insuper aliis augetur. A quo tempore tanti sceleris penitens, expiandi huius gratia, pro ætatis illius consuetudine monasterium Wallibizi in honorem semper virginis Mariæ condit, decimis honorum suorum huic dicatis. Vxorē habuit MATHILDAM, matronam cum aliis, sexum muliebrem decentibus, ornatam virtutibus, tum viri amatissimam: Quæ cum vidua bene multis annis vixisset, à Sigefridi F. obitu animi egritudine extinguitur. Eidem soror fuit Emmilda, apud quam puer DITMARVS vixit. Nati autem ex hoc coniugio LOTHARIO liberi sunt, SIGEFRIDVS, Lotharius & Eila filia.

SIGEFRIDVS adhuc iuuenis, necdum maritus, proficiscitur cum VDONE Marchione in MISECONEM Poloniam: & praelio cum hoste inito, cum principio stare ab VDONE victoria videretur, ab irruente cum copiis nouis Cedeburo, Miseconis fratre, ita profligatur, vt vix cum Comitibus sociis fuga elapsus sit. Conciliatur autem pax rursus OTHONIS M. Cæs. edicto. Quo mortuo, Sigefridus ab summe virtutis opinione & fama mirifice Adelheidi Augustæ commendatur, & eam huic atque Imperio fidem præstat, vt locum inter præcipuos promeruerit. Eandem ab Othone III. Cæs. gratiam inuit: & tantum apud hunc fidei inuenit, vt cum Lothario fratre Geronem Comitem, quem ab Waldone accusatum Cæsar conuicti in vincula iusserat, asseruandum acceperit. Nec minus interea religiose pietatis studium urget: Cui dum aliquando vacat impensius, oraculo de defectione Slauorum præmonetur. In hos deinde cum reliquis Saxonie PHANIA Augusta cum copiis auxiliariis, ad Miseconem Poloniam mittitur. Post ab THEOPHANO Augustæ cum copiis auxiliariis, ad Miseconem Poloniam mittitur. Tamen si iam inde ab expeditione in Slauos valetudine minus firma vteretur: quippe qui ab equo tum deturbatus, afflictusque grauitate esset. Cumq; exinde iterum religiosis meditationibus operam daret, per quietem vitæ ei finis ad octennium determinatur. Hoc tempus vt collocare quam optime studuit, ita

ita in filios sic consuluit, ut cum alios muneribus aliis destinasset, Dittmarum bonis litteris operam dare, & vitæ genus religiosum amplecti voluerit. Eoq; Magdeburgum traducto, atq; initiato, aliquanto post, hoc est Idibus Martij, fato suo fungitur.

LOTHARIUS enituit una cum Sigefrido fratre, illustri OTHONIS II. Cas. gratia. Qua subnixus, defuncti vita Sigefridi coniugem, etsi ab matre moritura diligentissime sibi commendatam, bonis exiit, eaque sibi soli vendicat. Ab OTHONE III. Kise Slavo subsidio mittitur: promouetur in ordinem Marchionum, & Berneburgo, quod oppidum opere & praesidio Caesar munierat, Praeses imponitur. Id cum absente ipso, ADELBERTI Archiepiscopi Magdeburg. socordia occupatum a Slavis esset, iam inflammato superueniens, & conseruari posse desperans, domum discedit. Quo nomine Casari grauiter accusatus, iuramento se purgat. Ab obitu OTHONIS, cum ECCARDO Marchione Imperium ambiente, res ea ad conuentum Werlensem reiecta esset, ipse interea legatus ad Hermannum, Ducem Sueviae, proficiscitur, gratiam eius, quandoquidem & ille Imperio inhiabat, captans, & legati Werlam mittendi ei hortator sit. Moritur Colonia temporibus HENRICI II. Cas. 8. Cal. Februarij. Vxor ei fuit Godila, & qua filium procreauit Wernerum.

Wernerus, Dittmaro Wirinharius retinet bona patris cum Marchionis dignitate: quæ utraq; mater ab Casare redemisset talentis 200. ut loquitur Dittmarus. Eidem accusatus, quod cum Eccardo, Hermannii, Marchionis Mysnensis, fratre, profectus clam ad Boleslaum Polonum, dum insinuare huic se familiaris satagit, Casari obrectasset, ad causam dicendam euocatur. Quod iudicium cum damnationis metu subterfugeret, bonis spoliatur, & vix multa gratia & salutem & gratiam a Casare redimit. Aliquanto post ex insani amoris stimulo REINHILDA Bichlingiam virapit: ad quam famam & clientibus & ministris concurrentibus, cum sociis Albinus, genere nobilis, circumuentus, ipsum iam re peracta discedentem, auxilium posceret, mox isthuc aduolat: caedem illius magno animo vindicat, ipse tamen grauiter vulneratus: & quia interea oclusis portis exitus nullus patebat, equo relicto è muro se demittit. Ibi cum calce soluta lapis illapsus vehementer eum afflaxisset, egrè tandem & magna cum difficultate socios consequitur. A quibus apud Casarem millicum curationis gratia depositus, illico ab hoc proditur. Ergo mandato illius per comites Wilhelmum, Bernhardum & Guncelinum deferri Merseburgum iussus, cum ex illis Wilhelmum necessarium veterem, familiariter salutasset, reliquos verbis his adoritur: nunquam se in ipsorum potestatem peruenturum fuisse, si vibrare gladium potuisset. Et quia spes vitæ nulla erat, Ellerstadium traducitur, apposita custodia, ibique sequenti die moritur. Memorat & alios patris sui filios Dittmarus, sed nomina non addit.

Eila collocata Bertholdo Comiti, edidit HENRICVM Marchionem, HENRICI II. Cas. propugnatores acerrimū. Qui cum eo nomine Ducatum Bauariae Casarem premium posceret, hoc rem differente, bellum ei cum Buccone fratre temerè facit. Nam datis & acceptis utrinque cladibus magnis post Sumpfutum manibus nudatum permittit se Imperatori cogitur. A quo aliquantisper in custodia habitus, & tandem benigne dimissus, moritur 14. Cal. Octob. & Sumpfuti tumulatur.

Cum SIGEFRIDO fuit Cunegunda: qua procreati liberi sunt, DITMARVS, Fridericus, Henricus, Bruno, Sigefridus. Sextum Sigefridi filium Willigisum Dittmarus tantum è patre fratrem consanguineum nominat.

Dittmari historiam post dabimus.

Fridericus, cum Wenero Comiti, genere propinquo (Nominat enim Dittmarus nepotem suum, & Wolmerstadium oppidum sibi cum illo commune fuisse, ait) familiarissimus esset, inuit eadem DEDONIS, Ditterici F. Eidem deinde cum Henrico fratre in raptu Luccardæ, Eccardi Marchionis F. praesto est. Qui cum non infeliciter cessisset, Henricus ab eo tempore militat HENRICO II. Cas. contra Milzenos, & interfectum in obsidione Budisina quendam ex equestri nobilitate sua, atq; ab hostibus abductum, precio redimit. Iamque in Casaris aula perseuerans, ubi Wernerus patruelis Reinhildam Bichlingiam rapuit, ad causam illam cognoscendam opera eius Casar utitur.

Bruno, educatus in noua Corbeia (Saxonia ad Visurgim id monasterium est) a re ministerio dicatur.

Sigefridus sumit cucillum ad S. Iohannem Magdeburgi. Pro auunculo Sigefrido obses à matre destinatus, ab Abbate Riddago denegatur. Post Abbatem dignitatem consequitur: & moriuro Tagmoni Archiepiscopo, audiendæ eius confessionis ergò adest.




Willigisus, & ipse sacris Magdeburgi initiatus, ar. e ministerio destinatur. Cum DITMARVS frater administratione Wallebecensis monasterij se abdicasset, munus hoc ipse cepisset.

DITMARVS, ad quem nunc expositionis series redit, nascitur temporibus OTHONIS II. Caf. VII. Cal. Augusti, Anno Christi DCCCCLXXVI. & fontis sacri vnda ab Hillebar-do, Episcopo Halberst adensi, abluitur. Puer Quedlinburgi vixit apud Emmildam matertera, à patre eò traductus, qui ibi litterarum rudimenta addiscere eum vellet. Id quod cum nò instruetur, & Riddago Abbati ad S. Iohannem commendatur. Apud hunc triennium conuersatus, in sacerdotij spem in fano Mauriciano inducitur. Qua res ubi demum in neruum erupit, còsuetis ceremoniis atq; habitu Mandrita inauguratur, presente ac permittente hoc patre, cum esset tunc dies omnium sanctorum. In eo vite genere tanquam iam religioni & bonarum artium studiis vacans, à matre domum euocatur, vt pro altero anunculo obses daretur. Quo aliquanto post felici fuga elapso, ipse etiam eo periculo liberatur. Instaurarat per id tempus Episcopatum Mersepurg. HENRICVS II. Cesar, ab GISILERO Episcopo, post quàm is Magdeburg. Archiepiscopatum adeptus esset, destructum. Et Praesbiterum Mersepurgo datus erat Wigbertus. Ei defuncto, quod accidit Anno M. VIII. DITMARVS successor datur: Cum quidem ea nocte, que die, quo hac de re nuncium accepit, praecessit, hoc ipsi somnium quoddam praesagisset. Refert id ipse eiusmodi: vidit per quietem lecto suo pedum astare Episcopale, & interrogatus oraculo, an Episcopatum Mersepurgensem suscipere vellet: velle se, respondit, Si Deo ita atque Casari visum esset. Nam ea tempestate adhuc Imperatores ius conferendi Ecclesiasticas dignitates habebat, id quod ipse passim inculcat. Ergo Augustam litteris Tagmonis Archiepiscopi accersitus, ea condicione ipsi episcopatus deferretur, si patrimonij huic partem permitteret. Praestitit hoc tempore non impudenter seruiens: Et cum illico ab Casare inauguraretur, hoc accidit, quod Cesar cum boni omnium loco accipere iussit, vt es camporum ad sacrum insonaret, & chorus faustum carmen accineret. Ante eam dignitatem in monasterio Custodis nomen pmeruerat: & alteri monasterio Wallibizi, ab auo Lothario condito praepositi munere praesuerat. Quod cum iam Episcopus aliquantisper retinuisset, nescio quid inde sibi religionis fingens, concessit vltro Willigiso fratri. Episcopatum autem ita gessit, vt cõcionibus publicis praesesset ipse, & qua usitata tum sacra essent, obiret studiosissimè. Sed in doctrinis eius, qua satis è Chronico patent, sanè multa desideres. Etenim iustitiam caelestem meritis cuiusq; propriis ascribit: vult inuocari homines sanctos, horumq; reliquias tribuit plurimum, & nusquam non miracula atque animarum apparitiones infarcit: parum caute disputat de tribus animabus, & beatorum Angelorum falso carere principio asserit: Pontificis Romani auctoritatè vt quàm maximè extollit, semper Apostolicum nuncupans: & in OTHONE M. Caf. reprehendit, quod Benedictum in Germanià deportarit, ac si hoc ipsi propterea non licuisset, quod Papa in Christo (sic enim loquitur) esset Imperatore superior, ita quidem, vt eum nullus praeter Deum iudicare possit. Rata vult haberi vota monastica, & soluta taxat acriter. Vrget confessionis, quam auricularem vocant, carnisficinam: propugnat expiationes qua pro defunctorum animabus fiunt, & passim spectra harum commemorat, nec ipsas adeo maligni spiritus apparitiones & praedictiones omittit. Libèter item ecstases & somnia, tã aliena quàm sua, refert, vult circumferri ad nescio quarum efficaciatum operationes crucem sacram, & alicubi ex Diuis magis Veioves aliquos quàm ad Deum sequestres facit. Quia etiam iam per istud tempus mirifice ordinis sacri opes accreuerant, vt quisq; vel episcoporum vel abbatum collegia sua locupletarit, vel fieri hoc ab aliis curarit, tam curiosè enarrat, vt hoc magis in illis requirere ac praedicare, quàm debitas officij partes, videatur. Atque equidem talem alicubi confessionem suam edidit, qua magis modestiam ipsius, quàm veram in seruatorem Christum fidem ostendat. Cum interim optima praeccepta de moribus tradat, & singulariter de obedientia magistratui praestanda tam pie quàm praecare disputet. Verùm hac ex ipsa Chronici lectione planiora fiunt, quorum nos hic summa capita percurrere strictim volumus. Nunc ad historiae expositionem redeo. Vbi Casaris inauguratio Episcopatum Ditmaro ratum fecit, inungitur deinde ab Tagmone Archiepiscopo ipso Casare & episcopis quatuor praesentibus. Mox ob Henrici Ducis bellum in Bauariam legatus mittitur: quam legationem enarrans, ea simul refert, qua eius temporis ordinis ecclesiastici mores representent. Reuersus inde Mersepurgum, tandem munus suum, praecunte Erico Episcopo, cepisset atque inchoat. Bello Polonico, quod Cesar contra BOLESLAVM Chrobrum gessit alterum, illum socius affectatur: & Luibusia vrbis instaurationem, qua ab Hèrici Aueupis temporibus deserta permanserat, adiuvat. Cum eodem ad dedicationem basilicae Pabebergensis proficiscitur:

sciscitur: idque ipse tempus refert in annum etatis Henrici Cas. tricesimum quintum. Tagmone  
 Archiepisc. rebus humanis exempto, Waltherdum Praepositum suo suffragio successorem desi-  
 gnat: et cum Caesar tum electionem permitti sibi vellet, ipse reclamans, non quod ille vellet faci-  
 endum, sed acceptum à maioribus ius tuendum, censuit. Fuerat autem magnus ei cum Tagmone  
 usus: quare predicat hunc studio mirifico. Eandem breui cum Waltherdo beneuolentiam coniun-  
 xit. Quem ad Casarem in augurationis gratia profectum comitatur, & voti compotem factum,  
 deinde cum ceteris collegis inungit. Aliquanto post hoc vita defuncto, Dittericum nepotem sur-  
 rogare ei conatur: Sed non eodem quo ante successu. Nam Caesar potestate illa in se translata, Ar-  
 10 chiepiscopum Geronem, quo ante à sacris fuerat usus, constituit. Iamque Casare ferme in Saxo-  
 nia subsistente, ut ante saepe, ita & ab hoc tempore Ditmarus eum aliquoties Mersepurgi hospitē  
 accipit. Ab eodem post bellum Polonicum tertium cum sociis aliquot Episcopis ad instaurandum  
 Mysna suburbium, quod Miseco, Boleslat F. occupatum vastarat, ablegatur: Cui operi cum dies  
 14. impendisset, ubi inde domum reuertit, quatuor oppidorum paræcias ab Casare impetrat,  
 & proijs bonis, quæ Mysnenses Episcopi abalienarant, auctore Casare alia permutatione acci-  
 pit. Addit nō multo post alias etiam Casar possessiones, & cum HERMANNVS, Marchio Mys-  
 nensis, nescio quod in saltum quendam sibi ius vendicaret, cedere eo mandato Casaris cogitur.  
 Ceterū ut & ea breuiter attingamus, quæ peculiariter ad corporis & animi statum pertinētia,  
 de se Ditmarus prodidit, hoc primum de corpore fatetur, id statura paruum fuisse, & adolescen-  
 20 tiæ morbo quodā redditum imbecillius. Faciem & cicatrix in sinistra mala, & nasus in pueritia  
 è lapsu collisus vehementer turpificauit. Quæ fortè causa extitit, ut monasterio à patre intrude-  
 retur. In animi vitis suis recenset iracundiā, inuidiā, fastuosum aliorū despectum, credulitā  
 stultiam, negligentiam & ad dicendum infantiam. Verūm hac potius verecundiā ipsius, quā  
 quōd reuera ita se res habeat, ascribenda sunt. Enimvero de ingenio præclaro & diligentia exi-  
 30 mia satis historiarum testificantur monumenta eius. Addo his orationis copiam non indiseriā,  
 addo eruditionem, quanta in isto seculo esse potuit. Neque obscure lectionis assiduitatem eius ar-  
 guit, quod studio sissimè eos refert, qui bibliothecas vel compararunt vel locupletarunt. Vnum i-  
 stum autem ipsius morbum iure reprehenderis, quod Philosophiæ studia non nihil auersatus fu-  
 erit. Hunc enim cum alibi, tum eo proderè maxime videtur, quod ad exemplum D. Hieronymi  
 Brunonem, Archiepisc. Coloniensem, & Popponem quendam accusatos propterea ad tribunal di-  
 40 uinum, ait. Tamet si hoc fortè seculi potius istius barbariei, quā Ditmaro, cuius ingenium me-  
 lioribus dignum temporibus fuisset, tribuendum. Nec probandum in illo superstitionum quod-  
 dam quasi fascinum: quo demeratus ita fuit, ut saepe de rebus friuolis & nugacibus sibi religio-  
 nem fingat. Idem ad eorum obiectionem infero, qui in oratione Ditmari minus culta, nec sem-  
 per Latina lingua proprietatem tuente, aliquid desiderabunt: Cum quidem hanc sibi ille licen-  
 tiam sumat, ut aut vocabula noua effingat, aut quæ Latina sunt, ad significata planè aliena trās-  
 ferat. Quæ ut ita se habeant, non tamen propterea lectio Chronici Ditmari abiicienda fuerit.  
 Nam ut ne alias nūc utilitates eius attingam, hoc constat, et domesticam, hoc est, Germanicam,  
 & externam sui temporis historiam pertractatam ab eo diligenter. A quo summo merito gra-  
 40 titiam præstatum à successoribus Ditmari in Chronico ipsius pertexendo fuisset, quod tanto pe-  
 re obsecrat. Ita enim de expositionibus plurimis minus laboraremus, & maius patriæ ornamen-  
 tum accessisset. Sub finem operis, ubi successorem ad modestiā, diligentiam, pietatem, beneficen-  
 tiam, tolerantiam hortatur, & præceptis ut pauperes, ut diuites tractandi sint, informat, denique  
 etiam mediocritatem, parsimoniam & lectionis studium commendat, martyrologij Ditmarus  
 sui meminit. Sed hoc ad nos non peruenit, neque interesse de eo amisso videtur, cum religionem  
 suam satis in Chronico depinxerit. Moritur anno Christi M. xviii. Cal. Decembr. cum se-  
 50 disset annos decem, menses & dies septem, vixisset xxxvii. Corpus conditum Mersepurgi est  
 in editiore basilica parte: quod successor Bruno effossum cum antecessorum aliquot ossibus in sa-  
 cellam Episcoporum transtulit. Monumento versus hi inscripti leguntur:

Corde, manu, lingua Ditmari gesta loquuntur,  
 Quid faciant, sapiant, doceant qui vera loquuntur.

# FAMILIAE DITMARI E PATERNI ET MATERNI GENERIS SATV STEMMA.



VOCA.

# VOCABVLA ALIQVOT

A DITMARO PLANE NOVIS AVT  
MINVS CONSVETIS LAT. LINGVÆ

SIGNIFICATIONIBVS VSVRPATA, VEL  
etiam omnino barbara.

Bannus, dira & execrationes Ecclesiastica.

Burgwardium, Burggrafiatus, vel territorium, ager.

Caminata, caminus, conclaue.

Clusa, fauces montium.

Concambium, permutatio, factum è Plautino verbo, sed inusitato, cambio.

Comprouincialis, popularis, ciuis, incola.

Consocius, socius.

Curtis, aula sedes. Italicum.

Gener, sororis maritus.

Intimare, edicere, exponere, referre.

Iterare, iter facere.

Medo, aqua mulsæ, ὕδρῳ μελι, μελι ἐξ ἔπιον.

Minare, ducere. Ital.

Nepos, alicubi auus maternus.

Oramen, inuocatio, preces.

Possidere, obsidere.

Proficius, proficiens.

Primicerius, tribunus, ductor. Ammiani est. Nam Hieronymus & Cassiodo-  
rus ita Cancellarium vocant: ἀπὸ τοῦ κερῶματος, quod tabulam ceratam signi-  
ficat: quia in tabulis ceratis scribere antiqui solebant. Græcè πρωτοκλήτος.

Redicere, respondere.

Senior, dominus, ad imitationem Italarum, qui suum inde Signor deprauarunt.

Stuba, hypocaustum.

Intantum, Vergilianum est.

Vndique secus, pro eo quod Solinus dixit vndique versum.

Sui plerunque perperam vsurpatum, vt ineptius suimet.

De syntaxi res maioris opera fuerit: igitur lector in eam animaduersione vta-  
tur, malo.

A iij



3

# CHRONICI DITMARI EPI- SCOPI MERSE- PVRGII, LIB. I.

LECTORI. S.

**H**emplari, quo usus sum, principium deerat: Nec, tametsi in id sedulo incumberem, archetypi copiam habere poteram. Sic ergo, benigne lector, habeto, eam me prestare iacturam nequius se. Exorsus autem inde sum, unde necessitas cogebat, variato nempe in orationis contextu verbo vno atque altero. Neque ut spero, hoc cuiquam in religionem veniet. Quandoquidem, & auctor is sit, qui ab classicis, quos vocat, excludatur, nec orationis quasi cultum aliquem, sed restantum suppeditet. Quod si neque hoc omittendum, cum editio eius desiderata a plurimis sit, sufficere hoc non iniquis vnum poterit, quod nunc denique in lucem prodeat, & quidem ita prodeat, ut tamen maxima parte integer sit. Sunt enim loca per pauca, ubi expositio hareat atque deficiat. Etsi & hoc in eo ferè argumentorum genere, de quo non admodum interfit, ac potius ignorari, praestet. Sed haec suis singula locis plura sient.

Henricus An-  
seps.

Dalemicia,  
Lomacia, hoc  
est, Mysia.



Glomazi, fons  
prodigosus.

Die Kemnitz  
fluvius.  
Chutizi, fl.  
Arnus, episc.  
Wirzeburg.

Chilianus  
Scotus.  
Gosbertus  
dux & Geila.

**H**ENRICVS, nobilissimo Ottonis & Hathui stemmate editus, ut arbor occulta excreuit à puero, & ut bonæ indolis gradatim enituit tiro, sicut flos in vere nouo. Iste à patre suo in prouinciam, quam nos Teuthonicè Dalemici vocamus, Slaui autem Glomaci appellat, cum magno exercitu missus, deuastata eadem multum, atque incensa, victor rediit.

Paucula defunt.

Glomazi est fons non plus ab Albi quam duo millia-ria positus, qui vnam de se paludem generans, mira, ut incolæ pro vero asserunt, oculisque approbatum à multis sæpe, operatur. Cum bona pax indigenis, per futura hæc terra non mēitur fructū, id est tritico & auena & glandine refertus, lætos vicinorum ad se crebrò confluentium efficit animos. Quando autem sæua belli tempestas ingruerit, sanguine & cinere certum futuri exitus indicium præmonstra. Hunc omnis incolæ plusquam Ecclesias, spe quamuis dubia, veneratur & timet. Et hæc prouincia ab Albi vsque in Caminizi fluvium porrecta vocabulum ab eo trahit deriuatum. Sed non longè à prædicto amne in pago Chutizi dicto Arnus, Episcopus sanctæ Wirzeburgensis Ecclesiæ i. x. cum ab expeditione Boiemorum reuersus, iuxta plateam in parte septentrionali fixo super vnum collem suimet tētorio, missam caneret, hostili circumuallatus agmine, præmissisque omnibus, per martyrium suimet cum sociis semet ipsum obtulit Deo patri, dccc. xcii. dominicæ incarnationis anno, temporibus Arnolphi Imperatoris, cum oblationibus consecratis in sacrificium laudis. Vbi hodie sæpe accensa videntur luminaria: & sanctos domini martyres hos esse, nec Slaui dubitant. Prædictus Antistes in diebus officii suimet in vrbe Wirzeburgensi vnum domino templum, & in Episcopatu suo ad instar eiusdem Ecclesiæ nouem fecit. Et cum maximam harum benediceret, & reliquæ Christi martyris, Kiliani, qui de Scotis huc veniens, Christum Gosberto Duci & Geilæ, uxori eius, cæterisque conprovincialibus primò prædicauit, & instinctu secundæ Herodiadis cum sociis suimet, Colomanno & Gotmanno, ibi martyrizatus est, circumferrentur, dominus per eum lxx. operatur miracula, & magister eorum hoc

hoc videns, suos sic hortatur discipulos: Nolite, inquit, tardare, sed quæ vobis cre-  
 dita diligenter & sine mora operamini. Dominus enim noster Chilianus inclyta ex  
 senunc agit signa absque omni mora. Quantæ autem virtutis suprâ memoratus Præ-  
 sul fuisset, stylo comprehendere nequaquam sufficio, sed hunc apud dominum magni  
 esse meriti, ex corde credo. Interim cuiusdam matronæ famam, quæ Hatheburgh  
 dicebatur, Henricus comperiens, qualiter eam sibi sociaret, iuuenili exarsit amore.  
 Hæc erat filia Eruini senioris, qui in vrbe quam antiquam ciuitatem nominamus,  
 maximam tenuit partem, & quia sibi filium non habuit, geminis filiabus suis è medio  
 decedens, reliquit. Ob huius pulcritudinem, & hæreditatis diuitiarumque utilita-  
 tem, internuncios Henricus quam properè misit, & quamuis hanc esse viduam sci-  
 ret velatam, suæ tamen vt satisfaceret voluntati, eam fide promissa petiuit. Tunc illa  
 multorum precibus & consilio deuicta, comitatur, & honorificè suscepta, ac chari-  
 tatiuè à suis, vt decuit, est habita. Nuptiis ex more peractis, sponsus cum cõthorali ad  
 Merseburg venit, omnesque conuocans vicinos, quia vir fuit illustris, tanta familia-  
 ritate adiunxit, vt quasi amicum diligerent, & vt dominum honorarent. Ea tem-  
 pte Conradus Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludouici successor  
 pueri, arcem tenebat regni, quem ob meritum sui Otto prædictus ab omnibus regni  
 principibus in regem electus, sibi quasi ad hoc indigno præposuit, seque cum filiis fi-  
 dei suæ ac potestati subdiderat. Spiritualis autem pater & pastor orientalium tunc  
 fuit Sigismundus, sanctæ Halberstadenfis Ecclesiæ præsul egregius, vir ingeniosus, o-  
 mnigenarumque quæ spiritualia vel etiam carnalia respicit artium scientia, omnes  
 suimet contemporales præcellens. Hic pietate maxima, & quod summum est per-  
 fectionis culmen, Christi zelo feruens, vt perpetrati facinus connubii primò audi-  
 uit, ouium culpam suarum ingemuit, & aliquam inter se fieri amplius commixtionem  
 per internuncium, & per epistolam banno Apostolicæ auctoritatis interdicens, ad cõ-  
 dictam ambos Synodum vocauit. Henricus tali rumore turbatus, ad Imperatorem  
 properauit, omnemque indicans ei rem ordine, auxilium eius petiuit, & quia famili-  
 aris ei fuit, & patris commissio, ac fidei seruitio, impetrauit. Nam legato ad antistitem  
 cõcitè directo, vt vincos solueret, & ad suimet præsentiam differret, postulauit. Post  
 hæc Ottone secund. Cal. Decemb. carnis vniuersæ viam intrante, sæpe memoratus  
 iuuenis in vacuum succedens, hæreditatem iure, & maximam beneficii partem gra-  
 tuito regis suscepit ex munere, & quod ei defuit, cum suis omnibus agrè tulit, ac  
 postea sicut cum tritico lolium, sic ex eo latentis odii filix excreuit. Quod Rex cautè  
 considerans, vt ignotum dissimulat, & quem vi aliqua superare non præsumsit, nota  
 Hatthonis versutia Archipræsulis, qua & antecessor suus Adelbertum Comitè tereti  
 capitis abscissione deuicit, & hunc decipere tentauit. Hoc consilium dominus sa-  
 piens infatuauit. Nam faber ille, qui iussu præsulis torquem aureum, in quo Henri-  
 cus occidi deberet, mira arte præparabat, cum ingemiscenti senioris relatu, quo pa-  
 cto hæc fieri deberent, perquireret, opere ad vnguentum perducto & præsentato, clam  
 postea euadens, obuiam Ducem prædictum habuit, & cuncta ex ordine pandit.  
 Qui rediens nuncium remisit ad antistitem, qui occulta patefceret, seque in sui detri-  
 mentum celeriter inuigilare pronunciarer. Quidquid enim ad episcopum in Saxo-  
 nia vel Turingia pertinuit, totum sibi præcepit occupari: amicos regis partib. ex his  
 omnino deprædatos expellens. Moxque morte repentina Archipræsul expirat ho-  
 minem, & fortuna, quæ hætenus regi feliciter aspirauit, Henrico quam properè ces-  
 sit. Sed mihi ad alia properanti, longum est enarrare, quoties congressi mutuo cede-  
 rent, vel vincerent: & quod postremo bonorum instinctu in amicitiam conuenirēt.  
 Interea Conradus longa infirmitate detentus, & quia post inimicitias iræ meminisse  
 malorū est, totius cõtrarietatis, quæ sibi ex parte Hærici prouenerat, oblitus, fratri suo  
 Eberhardo, populoq; primatio in vnum collecto, consiliū hoc dedit, Si quando na-  
 turæ communi concederet, vt Henricum regni gubernaculo vndiq; secus aptum, e-  
 ligerent, animamq; suam cum residua consanguineorum ac familiarium caterua fir-  
 mæ suimet fidei committerent, & ad hoc sine aliqua dilatione consentirent. Hæc pe-  
 titionem extremam cum magno luctu & gemitu suscipientes, & impleturos se vita com-  
 lite promittentes, festino eius obitu in VII. ordinationis suæ anno 14. Cal. Nouem-

Eruinus, Cõ-  
 mes Mersebur-  
 gensis.  
 Aldeburg.

Hathni, pri-  
 ma Henrici  
 vxor.

Conradus,  
 Rex Rom.  
 Otto, Henrici  
 ci pater, Rex  
 Rodesignatus.

Sigismundus  
 Episc. Halber-  
 stad.

Henricus Ot-  
 toni patri suo  
 cedit.

Hatho, Ar-  
 chiepisc. Ma-  
 gunt.  
 Albertus Co-  
 mes.  
 Halsbend.

Insidiosa ma-  
 chinationes  
 vindicatae.

Conradi sus-  
 fragio Henri-  
 cus Rex desig-  
 gnatus.

*Limburg.  
Friteflaria.  
Henricus Rex  
inauguratus.*

*Herigerus Ar-  
chiepisc.*

*S. Valerius.*

*Tammo, Hen-  
rici F.  
Mathildis, al-  
tera Henrici  
coniux.*

*Henrici ex Ma-  
thilde liberi.*

*Provinciae He-  
rico vestiga-  
les.*

*Wallisleua  
Lunzina.*

*Abau Ditma-  
ri ad Non Se-  
ptemb. casu.*

*Fabula.*

*Spectra.*

*Comenda-  
ces.*

*Brigida, Dit-  
mari neptis.*

*Baldericus,  
Praesul Traie-  
ctensis.*

*Dauentia.*

bris, pro dolor completo, ac exequiis in Limburg peractis, discessere, & cōcione in Friteflari celeriter posita, Henricum coronauerunt, & sibi credita sub Christi & totius Ecclesiae testimonio fideli non sine lacrymis regi tunc & domino commenda- uerunt. Qui primò, vt decuit, diuinæ pietatis munus post vniuersalem tantæ chari- tatis affectum, humili suscipiens deuotione, Deo gratias egit, seque ad hæc, & ad omnia, quæ communi consilio expetiuisent, assensurum promisit. Episcopalis vnti- onem benedictionis à Herigero Archiepiscopo exhibitam antecessorum more pri- orum, non desiderauit, nec suscipere voluit, sed prius ad hoc indignum se affirma- uit. Attamen in hoc eum equidem peccasse vereor: quia in vita sancti patris Ochal- rici, quem idem Rex post ad sacerdotalem promouit ordinem, legi, sanctam Chri- sti martyrem Afram dilecto suimet præfili multa in visu ostendisse. Inter quæ duos enses, vnum cum capulo, aliumq; sine eo, ac per eum Henricum regem consecratio- nis expertem demonstrasse. Sed occulto hoc diuino iudicio relinquens, amplius pro- grediar. Fama noui regis vndique secus dispersa, amicorum corda lætificat, rebelli- unque contra mœstificat: quia vltalis fuit, vt suos seiret sapienter tractare, inimicos autem callidè, viriliterq; superare. Interea Tammo natus est, & mens regis ab amo- re vxoris decrescens, ob pulcritudinem & speciem cuiusdam virginis, nomine Ma- thildis, secretò flagrauit. Iam iamque latentis animi feruor erupit, & iniusto se hæc- nus multum peccasse cōnubio tandem professus, per affines legatosque suos, filiam Theodorici & Reinilde, ex Widikindi regis tribu exortam, appellat, vt sibi satisface- ret. Et quia flexibilis est muliebris animus, & quia sciebat eum in cunctis elegatè, consentit, coniunctaque ei tam in diuinis quàm humanis par fuit. Quæ tres filios cō- gruo pariens in tempore, Ottonem, Henricum & Brunonem, prosperè educavit, do- loremq; partus, tantæ stirpis dulcedine superauit. Et quoniam mihi sermone de Ot- tone non autumo opus esse, omnia patris sui gesta singulatim discutere, cum & in fi- lio appareat quanta eius sit dignitas, & scriptis multorū vitæ eiusdem satis fulgeat cla- ritas, quædam intersero, quæ dictu maximè necessaria puto. Has regiones sibi fecit tributarias, Boemiã, Deleminctam, Obetritos, Wilci, Heuellos & Redarios, qui sta- tim rebelles, aliosque ad hæc concitantes, urbem Wallisleue oppugnant, destruunt & incendunt. Ad hoc vindicandum noster conuenit exercitus, & Lunzin ciuitatem obsidens socios eorundem, eos defendere cupientes, inuadit, & paucis effugièribus prostrauit, urbem quoque præfatam acquisiuit. Ex nostris autem duo abau mei vno nomine, quod Luther sonat, signati, milites optimi, & genere clarissimi, decus & so- lamen patriæ, nonis Septembris cum multis aliis oppetiere. Vt nullus Christo fidelium de futura mortuorum resurrectione diffidat, sed ad beatè immortalitatis gaudia anhelans, per sancta proficiscatur desideria, quædam quæ in vrbe Wallisleua post ex- cidium eius reedificata, accidisse veraciter comperi, intimabo. In ipso orientis diei crepusculo solitus erat presbyter eiusdem Ecclesiae matutinam canere: sed cum ad atriu defunctorū veniret, videns in eo magnã multitudinem oblationes offerentē sa- cerdoti coram templi foribus stanti, primò substitit, posteaque signo sanctæ crucis se- muniens per omnes hos, nec vno saltem agnito, oratorium trepidus adiuit. Quem vna nouiter de hoc seculo egressa, & ipsi bene nota, quid hic vellet interrogat: edo- ctaque ab eo, quare venerit, hæc omnia ab his esse completa, paruumque temporis e- undem victurum, prædixit. Quod vicinis post retulit, veraque hæc esse comproba- uit. Meis temporibus in Magdeburg, sicut à veracibus accepi testibus, in ipsa tunc continuè manens Ecclesia mercatorum, custodes eadem nocte vigilantes, his, quæ prædixi, conuenientia, visu & auditu percipientes, optimos ciuitatis adducunt. Qui cum longè ab atrio cadauerum adstarent, lucernas candelabris superpositas videre, duosque inuitatorium canere, matutinasque laudes ordinatim omnes perfoluere pa- riter, audiere. Accedentes autem nihil omnino intellexere. Hæc ego cum subsequē- tū die nepti meæ, quæ Brigida dicebatur, cura regēs pastorali monasteriū sancti Lau- rentii, referrem, in infirmitate sui corporis laboranti, protinus ab ea nequaquam hoc mirante, tale percepi responsum: Tempore Baldrici præfili, qui octoginta annos, vel plus, Traiectensem regebat sedem in loco, qui Deuenter dicitur, Ecclesiam senio dirutam renouans, benedixit, ac presbytero suimet commendauit. Qui in vna dierū

valde diluculo ad eam pergens, vidit mortuos in Ecclesia & atrio offerentes, atque  
 audiuit cantantes. Quod mox Episcopo vt primum is retulit, iussus ab eo in ecclesia  
 dormire cum lecto, in quo requieuit, sequenti nocte à defunctis eie ctus est. Ob hoc  
 idem trepidus apud antistitem talia queritur. Is autem præcepit ei, vt cum sanctorū  
 reliquiis signatus & aqua sacra aspersus, suam custodire nō desisteret Ecclesiam. Qui  
 iussa secutus domini, iterum dormire in Ecclesia voluit, sed stimulatī timoris casu sic  
 iacendo conuigilauit, & ecce solita venientes hora, eleuauerunt eum, coram alta-  
 ri cum ponentes & in fauillas tenues corpus igne resoluētes. Hoc vbi præsul audiuit,  
 penitenti ductus, triduanū in dicit ieiunium, vt & sibi animæq; defuncti succurre-  
 10 ret. Multa similia de his omnibus, ni infirmitas obstaret, dicere potuissem: sed nō o-  
 portet plus sapere mortalem, quā, sanctus admonet Paulus, ad sobrietatē: si qui-  
 dem duo vel tres ad vnum sufficiunt testimonium. Hæc quæ nouellis nostris euene-  
 re temporibus scripsi, vt discat incredulus vera esse Prophetarum oracula, è quibus  
 testatur vnus: Viuent, inquit, mortui tui domine. Et alius: Surgent mortui, qui in  
 monumentis sunt, audient vocem filii Dei & lætabuntur. Quodcumq; à viuētibus  
 hæc audiuntur, vel videntur, nouum aliquid signat, vt idoneum in multis approbat  
 testimonium, cuius magnam partem scio, maiorem autem ignoro, sed veracibus te-  
 20 stimoniis credo. Fui ego in mea curia Ratmarsleua dicta, vbi xv. Cal. Ianuarii, v. i. fe-  
 ria, in primo galli cantu magna lux ab Ecclesia emicans totum repleuit atrium, soni-  
 tusque grunnientiū more auditur immēsus. Quod meus frater cum satellitib. meis,  
 ceterisque huc conuenientibus, aspexit, & ille, qui coram me dormiuit, Capellanus,  
 audiuit. Hoc crastino cum comperirem, si vnquam plus ibi aliquid tale cōtigerit, in-  
 30 terrogans, semel his similia accidisse ab antiquissimis percepi, & in hoc anno misera-  
 biliter compleri videbam in obitu domine Luckardis, inclite, ex vna parte neptis  
 meæ, ac ex alia nurus, & quod inter amicos præcipuum, familiarissimæ mihi, de qua  
 in sequentibus edisseram enucleatius. Sæpe mihi accidit, vt in nocte ligna incidi au-  
 didem, & semel defunctos pariter colloquentes ego & socius meus cæteris dormien-  
 40 tibus manifestè percepi, & in his duobus signis crastino subsequiturum funus intelle-  
 xi. Etsi ego fungar vice cotis, ferrum & non se exacuentis, tamen ne muti canis op-  
 probrio noter ab illiteratis & maximè Slaus, qui cum morte temporali omnia putāt  
 finire, hæc loquar pro certitudine resurrectionis, & pro qualitate meriti futuræ remu-  
 50 nationis firmiter indicans cunctis fidelibus. Tres namque sunt animæ non æqua-  
 liter incipientes, nec simul finiētes. Prima Angelorum incorporeorum, quæ cum eis  
 est sine initio & termino. Secunda hominum, quæ cum eis sumit exordium, sed in fi-  
 ne non habet participium. Namque immortalis est, & vt quidem gentiles opinātur,  
 in futuro non habens hoc officium, quod in hoc seculo. Tertia species est animæ pe-  
 60 cudo ac volatiliū, quæ cum corpore parem initii finisq; sortitur æqualitatē. Vn-  
 de sicut in lege Moisi à domino data præcipitur, ita verus Christicola ab eorum san-  
 guine nequaquam pollui, canonica authoritate prohibetur. Multi enim sunt paupe-  
 70 res, qui hoc in usu commistionis habent, & se in hoc aliquid peccare ignorantes, sibi  
 in hac contradicentibus cunctis resistunt. Ergo tu homo gloria & magno honore à  
 domino coronate & super omnia eiusdem opera constitute, da pro omnibus gratias  
 altissimo, retribuens ei pro possibilitate tua, quæ tibi fecit miseratione sua. Nunc & e-  
 go repetam longius aberrata. Rex autem Auares sæpenumero insurgentes expulit,  
 & cum in vno dierū hos impari congressu lædere tentaret, victus in vrbe quæ Bichin  
 vocatur, fugit, ibiq; mortis periculum euadens, vrbano maiori gloria, quā hacte-  
 80 nus habuerat, vel conprovinciales hodie teneant, & ad hæc muneribus dignis, ho-  
 norat. Quotiescunque contra dominum & seniore suimet, dum vixit, se vnquam  
 superbiendo erexit, toties humiliata potestate sua, se ad emendationem condignam  
 90 inclinavit. Audiū, quod hic Romam causa orationis petens, plus pedibus quā e-  
 quo laboraret, & à multis interrogatus, cur sic ageret, culpam profiteretur. Hic mon-  
 tem vnum iuxta Albim positum, & arborum densitate tunc occupatum, excoluit, i-  
 bi vrbem faciens. Cui de riuo quodam, qui in septentrionali parte eiusdem fluit, no-  
 men Misni imposuit, quam, vt hodie in vsu habetur, præfidiis & impositionibus cæ-  
 100 teris muniuit. Ex ea Milzenos suæ subactos ditioni censum persolvere coegit. Vrbē

Ratmarsleua

Luckardis

Slauium fe-  
des.

Tres animæ

Auares, hor  
est, Vngari  
vt infra.MISNA  
vrbs condita.

Milzeni



Lebus.

quoque Lebus, de qua in posterum latius disputaturus sum, diu possidens, urbanos in munitiunculam infra eandem positam fugere, & deditios fieri compulit. Ex ea die, quia hæc tunc incendio iuste periit, usque ad nostra tempora habitatore caruit. Si quidem in regno suimet, ut multi dicunt, is prædatus sit, huic dominus clemens ignoscatur. Insuper Northmannos & Danos armis sibi obtemperantes fecit, & ab errore

Enuta, rex Daniae Christianus factus. Lederuni mastati homines. Theophania domini, nunc Epiphania.

pristino reuocatos cum rege eorum Cnutone, hos Christi iugum portare edocuit. Sed quia ego de hostiis eorundem antiquis mira audiui, hæc indiscussa præterire nolo. Est vnus in his partibus locus caput istius regni Lederun nomine in pago qui Selondicitur, vbi post nouem annos mense Ianuario, post hoc tempus, quo nos Theophaniam domini celebramus, omnes conueniunt, & ibi diis suis met LXXX. & nouem homines & totidem equos cum canibus & galis pro accipitribus oblati immolant, pro certo, ut prædixi, putantes hos eisdem placaturos. Quam bene Rex noster fecit, qui eos à tam execrando ritu prohibuit? Acceptabilem enim domino patri hostiam fert, qui humano sanguini parcit. Præcipit enim dominus, innocentem & pium ne interficias. Antiquum opus Romanorum muro Rex prædictus in Mersburg decorauit lapidibus, & infra eandem Ecclesiam quæ nunc mater est aliarum, de lapidibus cõstrui, & XIII. Cal. Iunii præcepit dedicari. Ceteras quoque vrbes ad salutem regni, & templa domino ob remedium animæ deuota mente fabricauit. Post innumera virtutum insignia idem decursu vite suimet stadio, sexto decimo regni, ætatis autem

Mersburg, opus Romanorum.

Mors Henrici Aucupis.

suæ sexagesimo anno, sexto Nõ. Iulii in Mimileue moritur, & in Quedelinburg, quæ ipse à fundamento construxit, sepultus, à cunctis optimatibus merito defletur. Accidit hoc anno dominicæ incarnationis DCCC. XXXVI. Indoles autem relicte posteritatis tristitia principum corda lætificat, & certos voluntariæ electionis hos fecit. Nec pluribus, quibus regnandi spes in subsecutura dominorum sobole non relinquitur, & inter se facta dissensione, & longa contentione, aliquod consiliũ & solamen citò non prouidetur, si in consanguinitatis linea aliquis tali officio dignus nõ inueniatur, saltem in alia benè morigeratus, omnino procul remoto assumatur. Quia maxima

Henricorum nomen Saxonibus fatale.

Cõfessio Ditmari.

Episcopus doceat uerbis exemplis.

perditio est alienigenas regnare: hinc depressio & libertatis venit magna periclitatio. Ab hoc, de quo dixi, Henrico & successoribus eius, usque huc Saxones eleuari, & in omnibus sunt honorati. Quicquid in his laudatur, ab æquiuoco eius, de quo scripturus sum vita comite, diligenter seruetur, & post, ut vereor, finitur. Ergo quæcumque de his vllatenus nunc præteream, vel vita deficiente, indiscussa relinquam, successor alme compleas, & temporum qualitates scripturæ memoria cõcludas. Ego peccator & in omnibus negligens, vacui hæctenus à bonis, & studui in malis, serò ad ista & ad meliora respiciens, animæque memoriam salutarem nullo modo exercens. Postquam pastor effectus sum, docui subiectis verbis tantum & non exemplis: extrinsecus apparui bonus, interiora violans pessimis cogitationibus, & de immundo semine conceptus, volutabar in luto ut impunda sus. Dicat aliquis, malè laudasti te: cui respondeo, verum hoc esse, quòd deteriore me nescio. Idcirco me sic arguo, ut agnitis vulneribus meis succurras medicationibus necessariis, & ex magna parte confors mei

Mathildis Augusta.

Omni Dei gratia tibi, qui nos illuminasti.

Anilis superstitio.

Henrico fauisti Mathildis.

ficadi uues in omnibus me, sicut velis exhiberi pro te. Et inclita venerabilis gesta Mathildis, quæ post excessum senioris sui summopere fecit, equidem paucis comprehendam, ad imitationem bonam fidelibus cunctis. Quia sancta est, ut scriptura docet, & salubris cogitatio pro defunctis orare, & elemosynis absolutionem his impetrare. Legimus, quòd vnus captiui vincula, quem & vxor sua, putans mortuum, assiduis procurauit exequiis, toties soluerentur, quoties pro eo acceptabiles domino patri hostias ab ea offerri procuraretur, ut ipse ei post retulit, cum domum suam liber reuisset. Hoc exemplo Domina Mechtildis viro suimet vinculo momentaneæ mortis depresso succurrit, nõ solum pauperibus, verum etiam auibus victum subministrans. Congregationem quoque sanctimonialium in die tricesima in supra memorata vrbe instituit, & huic quantum ad victus & sui vestitus necessaria suppetebat, ex sua proprietate, laudantibus hoc suimet filiis, concessit, & scriptis confirmauit. Afferunt nonnulli, eandem hoc summopere diu nisam fuisse, quòd iunior filius suimet Hericus patris sedem possideret. Sed hoc dominus, electos sibi ad vnaquæque semper præordians, noluit, nec summatum optima pars consensit, sed ratione prudenti, & ideo facile

cilè suadenti, hæc mœrentis Reginae animum paulo minus à proposito declinauit, & huic Bauarios ad tuendum aptius assignari, præhabito sibi nato maiori, consulitur. Anno Dominicæ incarnationis DCCCC. XXIII. Indictione XI. regni autè primi regis Henrici quinto, venerabilis Sigismundus, sanctæ Halberstadenſis Ecclesiæ antistes sextus, XIX. Cal. Februarij obiit, cui Bernhardus eiusdem capellanus successit, sicut ei prius vir sanctus prædixit. Namque is diu infirmus vidit in somnis, quòd baculum pastorem, è manibus suis elapsum, Bernhardus ponè sequens eleuaret, & in aperto portaret. Et expergiscens, vocauit eum ad se, dicens: Vade ad curtem regiam, sumens ex mea parte quæ tibi sint ad hæc necessaria, & acquire gratiam & auxilium ibi optimè valentium, vt tibi liceat sine omni offensione mihi succedere: providebit enim hæc omnia dominus, dilecte fili. Edictum amati senioris obœditiõne humili Bernhardus mox complens, dum à rege Henrico reuerteretur, comperit dominum suimet & patrem de hac luce, tricesimo ordinationis suæ anno ad Christum migrasse, & mox repedans, prædicti regis munere, quod postulat, consequitur. Positum autem corpus præfati Præfulis in dextra parte altaris Christi protomartyris, vt ipse antea præmonstrauit, non iacendo, sed supra cathedram sedendo, sperans se patroni suimet intercessione sancta & benedictione sacerdotali perpetualiter muniri. Qualiter misericors dominus prædictum regem in diebus suis respexerit, quamuis de Pietio fonte nil vnquam biberim, cunctis tamen fidelibus innotescam. Fuit in occiduis partibus quidam Rex, qui ab vno suimet ducum captus tenebris includitur carceralibus. Hic Henrici regis nostri, nepotis autem sui, implorans auxilium, dextram Christi martyris Dionysij & cum ea omne regnum Lotariorum, si ab eo liberaretur, sibi traditurum sacramentis promisit. Nec mora inclytus miles inuicticibus se armis circumcingens, proximum laborantem visitat, & in ereptione eius ac restitutione, dignus operator mercedem suam promeruit, & honorem pristinum sibi suisque successoribus in tantum adauxit. Sed quia homo vnusquisque procliuior ad labendum quàm natura suimet muniatur ad standum, quàm miserabiliter iste semel deliquerit ad terrorem & ad deuitandum pijs, non taceam. In cœna domini nimis inebriatus in sequenti nocte vxori suæ multum repugnanti diabolico instinctu illicitè coniunctus est. Hoc factum auctor tanti sceleris, & humanæ salutis irretitor, Sathanas, cuidam venerandæ sic prodidit matronæ: Mechild Regina nuper hortatu meo maritali consentiens voluptati concepit filium, sine omni dubio meum, & tu vide, vt tantum optimè celes commissum. Hæc multum clam ob hoc tristis effecta, prædictæ hoc celeriter annunciauit Reginae, admonens, vt semper Episcopos atque presbyteros secum haberet, & in ipsa pueri natiuitate sacri Baptismatis vnda ablueret, ne quid in eo sibi dilectum accidisse, Dæmon infaustus iactaret, & sic Deo gratias egit. Videns autem Dæmon, id est, omnia sciens, se prorsus esse delusum, dominam increpauit supra memoratam, talia subnectens: Etsi mea nunc sit voluntas tuis frustrata blasphemis, tamen in hoc profeci, quòd ex eo, & ex omnibus delumbis eiusdem vnquam progredientibus, numquam deerit in ea comes discordia, nec proueniet eis pax firma. Mèdax ille & veritatis inimicus hæc pro voluntate sua dixit, & vt spero, non pro adimplerione. Multi autem affirmant, vt in sequenti dictatu apparet, quòd sub eius & filij suimet temporibus crebra fieret commotio, & quietis parua certitudo. In diebus verò his, quibus regnare cœpit tertius in numero ducum, Henricus, & in ordine sceptriferorum secundus, tunc illa filix iniquitatis exaruit, & pacis bonæ flos virens enituit, & si quid prioribus huic simile in aliquo nunc accidit, hoc non culpa sui sed instigatoris fuit impij. Legimus, quòd omnia tempora tempus habent, sed non omnia, id est, à Domino nullum esse vitii locum ab initio constitutum, & quia fragilitas carnis sine aliqua contagione non valet esse, à capitalibus se criminibus abstinere, & in solennitatibus vniuersis munditiam seruet. In legitimis coniunctionibus non esse delictum aliquod, scriptura testatur, & hoc cum obseruatione festiuitatum honoratur, & nulla imminentis periculi procella turbatur. Ad hæc amplius approbanda vnum profero exemplum. Quidam vir Vffo nomine, cuius Magdeburgensis, nimia ebrietate compulsus, in sancta solennitate innocentum coniugem suam Gelhusam consentire sibi coegit, quæ eadem nocte à viro alligata suo, cum incongruo

Sigismundi  
Halberstad.  
mors.  
Somnium.

Successor  
sumus.

En diaboli  
præstigiis.

Henricus San  
ctus, tertius  
eius nominis  
dux Bauariae.

Coniugium  
ret sancta.

Vffo Magde-  
burg.  
Gelhusa.

tempore pareret infantem in pedibus digitos habentem retortos, obstupuit, & accersito ad se protinus marito, miraculum ostendit. Culpaque amborum hoc euenisse ingemiscens, nonne, inquit, prædixi, ne sic faceres, ecce ira Dei se nobis manifestat, & ne sic ulterius agamus, atrociter rogat. Peccatum tibi magnum, iniusta mihi præcipere, & mihi in obediētiam tibi exhibere. Postquam autem infans baptizatur, inter innocentium agmen de hoc exilio deducitur. Bene est imperperuum illi, qui tali vitur coniectali, quæ pro absente infatigabiliter orat marito, & præsentem, oblita sexus, ut se custodiat, hortatur.

Desiderantur hîc quædam.

*Canis domini  
occisi vindex.*

In palatio prædicti regis accidit res vna mirabilis. In conspectu totius populi præsentis, quidam canis, dum eminus hostem suum confidentem agnosceret, propius accedens, dexteram eiusdem rapido morsu ex improviso abstraxit, & quasi optimè fecisset, cauda reuerberante mox rediit. Mirantibus hoc cunctis, & admodum stupentibus, ab his miseris, quid fecerit, interrogatur: quibus illico respondit, diuina ultione id sibi merito euenisse, & persequitur: Inueni, inquit, virum huius canis domini, fesso corpore dormientem, & infelix occidi eum, multas tum ab isto, qui me modo læsit persecutore impugnationes perpeffus, & quem tum vix euasi, nunc ista sperans prorsus oblita, culpabilis occurri. Scio deinceps, quod aut hîc aut in futuro examine vnusquisque reus sine subsequenti pœna non latet vllatenus. Multa sunt, lector carissime, regis nostri, ac Imperatoris, prædicti facta memoria semper viuenti admodum digna: sed quia hæc, sicuti fuere, concludere nequeo, tristis omitto, quia hic, sicut prædixi, de nostris regibus nomen, & in omni virtute sua principatum, iuste obtinuit. Paruum de magnis eiusdem operationibus librum habeo inscriptum, sed spero memoriale eius in libro vitæ ascriptum fore, qui præcursoris Christi, inter hatos mulierum, ut Christus, Dominus ac Deus noster, affirmavit maximi, fidelis famulus erat, & in nostra vrbe fundamentum subsequētis culturæ primus posuit, & quicquid vnquam huic vllatenus super ædificatur, laudi eiusdem merito signatur. Elegans namque ortus ac finis bonus, vbicunque id fieri potest, optimè concordant, ac si hoc in omnibus compleri nequit, laudemus Dominum in hoc, quod fecit, & maiestatem suam ut ad summum perducere dignetur, benignitatem suam suppliciter orent quique fideles, & maximè tu Mersepurg inelyta cum spiritali prole sua, in tempore dilecti senioris tui more cupressi præ cæteris comprouincialibus tuis exaltata, age grates continuas Domino, & ut vitæ bona quæque diuino moderamine perficiantur, studiosa in timore dominico temper adoptato. Mos est enim malorum, immemores esse bonorū, & hoc vertere in peius, quod creare dignatus est omnipotens in melius. Si aliquid prædicto operi ego vnquam addere queo, nullatenus cessabo.


Sin autem, si quis tanti rectoris nostri sit aliquantulum in bono memor, sit ei propitius omnium qui est exauditor. Primus iste codicillus clausus sit primi morte Henrici.



# CHRONICI DITMARI, <sup>15</sup>

## EPISCOPI MERSEPVRGII, LIB. II.

**O**TTO, decus regni, de stemmate cretus herili,  
 Henrici patris fulgebat ubique coruscis  
 Actibus, & solium conscenderat inde paternum.  
 Huic primo multi contraxerunt maligni  
 Inuidia, cunctis quos vicerat iste superbos  
 Flamme diuino, quod semper poscit ab alto.  
 Non fuerat tantus Carolus de morte patronus,  
 Nec puto simili regnum patre potiri.  
 Episcopatus construxit denique senos.  
 Hic Beringerum superans virtute superbum,  
 Longobardorum sibi subdit colla furentium.  
 Imperatorem fecit sibi Roma potentem  
 Hunc, & maritimi soluunt tributa remoti.  
 Pacis amicus erat, bellum lateq; premebat:  
 Occidentales sedat, Danosq; feroces.  
 Partibus Eois tunc non apparuit hostis.  
 Maximus in sceptro ter denos sedit, & octo  
 Annos in regno, tandem & discesserat Otto,  
 Flebilis heu patria, simul inuincibilis, atque  
 Linquens hic post se tunc contectalis amica  
 Pignus, & nati, quo letabantur amici.

30

 Mnes Reipub. Principes magnū reginæ Mechtildis mœrorem lenire  
 cupientes, Ottonem filium eius patris sui decreto ac petitione vno ore  
 in regem sibi & dominum elegerunt, eleuatis dextris conclamantes, vi-  
 uat & valeat Rex victor in æternum, pariterque cum eo ad Aquasgrani  
 proficiscuntur. Quo cum appropiarent, omnis senatus obuiā perrexit,  
 fidem cum subiectione promisit, & ad sedem eum ducens vsq; imperialem, statuit  
 eundem in loco priorum, in regem sibi conlaudans, ac domino tunc gratias agens.  
 Hunc Hilibertus, Moguntinæ cura Cathedræ, cum licentia Wigfridi, sanctæ sedis  
 Coloniensis Archipræfulis, in cuius diœcesi hoc fuit, & auxilio Treuirensis benedixit  
 anno dominicæ incarnationis DCCC. XXXVI. in Ecclesia sanctæ Mariæ semper virgi-  
 nis, quam cum omni diligentia magnus construxit Carolus. Confortatus in domino  
 tunc, & in regno, sceptriferorum maximus Otto, coniugem suam Editham, Ethmū-  
 di, regis Anglorum, filiam, bene timoratam, quam patre suo adhuc viuente duxerat,  
 consecrari præcepit. Huius prospera multa turbabant aduersa. Nam Bohemorum  
 Ducem Venceslaum, Bolislaus nefandus, fratrem, domino ac regi perimens fidelē,  
 restitit multo tempore audacter, & postea deuictus à rege viriliter, fratri suimet Hen-  
 rico, Bauariorum duci, ad seruandum traditus est. Auares quoq; patri suimet quon-  
 dam contrarij, sed diu pacificati, iterum insurgunt, celeriterque fugati, redeunt. Dif-  
 cordia etiam inter conciuēs consociosque oritur nō minima, quæ Tammonē, regis  
 & Luidgerdæ\* concitauit filium, eò quòd legatio Sifridi, Comitiss Mersepurgen-  
 sis, quam sibi idem vendicauerat, Geroni sit tradita Marchioni, hæreditasq; materna sit  
 ei profus ablata. Hunc Rex in Mersepurge obsedit, \* filiumque ab iniqua præsumti-  
 one terroribus & blanditiis amouere curauit. Sed exercitus capta vrbe ingressus, iu-  
 uenem præratum vsque in Ecclesiam sancti Petri, vbi prius ab antiquis Irminul cole-  
 batur, bello defatigatum depulit. Ad vltimum autem Maginzonis hasta de fenestra  
 tiro perfossus à tergo, secus arā oppetiit, quæ rex postea crudeli morte vindicauerat  
 secundo regni suimet anno. Quæcunque ei publicè vel occultè prouenire nocētia,  
 diuinæ miserationis gratia, ac intercessione suimet sanctissimæ cōtectalis Edithæ assi-  
 dua, securus euasit. Cuius instinctu Magdeburgēsem ædificare cepit ciuitatē, ad quā  
 reliq; Christi martyris Innocētij cū magno adduxit honore. Nā hęc vrbe ob æternę

OTTO MA-  
gnus Henrico  
patri successit.

Hilbertus  
Moguntinus,  
Wigfridus  
Coloniensis.

Editha Au-  
gusta.

Venceslaus  
& Boleslaus  
Duces Boem-  
auares.

\* Supra Hæ-  
duim, seu Hæ-  
duigem nomi-  
nauit.  
Sifridus  
comes Mer-  
seburg.  
\* fratremq;  
Irminul.  
Tammo occi-  
sus.

Magdeburgēse  
ædificatur.

Edithæ Aug.  
virtutes &  
mors.

remuneracionis gratiam, patriæque communis salutem, & acquisiuit atque constru-  
xit. Iuuit eum ad hoc beatæ Edith memoriam quibuscunque potuit, quæ innumera  
virtute prædita, vt signis post obitum claruit, ita inducias vitæ istius sibi concessas  
domino hominibusque acceptè perduxit. Fuit hæc cum viro suo x. & ix. annos, & or-  
dinationis suæ obiit xi. anno, 7. Calend. Febr. vnicum relinquens filium nomine Lui-  
dulfum, cunctis virtutibus fulgentem: sepultaq; est in ciuitate præfata in maiori Ec-  
clesia in oratorio aquilonari. Rex autem in venatione, qua sperabat se paululum re-  
focillari, turbabatur vulnere lethali, inauditumque sustinuit mœrorem, quem ab ad-  
uentu dilecti compescuit filij. Qui ramosam Samij Pythagoræ literam, humanam mo-  
tus vitæ signantem, laudabili puer simplicitate percurrit ad biuium, & dextrum iter  
aggressus, virgulam breuiorem, tamē potiore die in diem, vt virens hedera ex-  
urgit, & in omnibus patriæ, nobilitatem moribus in tantum ornauit, vt cunctis pri-  
matibus, quæ laus est non vltima, placeret. Vnde patris gratia sibi in tantum arrisit, vt  
hunc communi totius senatus electione, honoris consortem atque laboris decerne-  
ret, successoremque confirmaret. Desponsauit etiam illi Idam, Herimanni Ducis fi-  
liam, pulchritudinem & sexum omni probitate vincentem. Quæ cum sibi pater vin-  
culo maritali coniungeret, modicum post interuallum soceri ducatum & hæredita-  
tem defuncti sibi dedit. Tanti patris ac filij temporibus quātum vigeret regnum, dif-  
ficile est vlli ad enucleandum. Venerabilis autem Regina Mechtildis constructo, vt  
prædixi, in Quedlinburg monasterio, congregationeque sanctimonialium ibi colle-  
cta, fidei erga dominum seruitio promeruit, quod virtus filij in omnibus floruit. In-  
terea Beringerus, Ludouici inuasor regni, Adelheidam eiusdem viduam de præda-  
tus est, & cum custodia ac inedia lacrymabiliter afflixit. Huius laudabilem formam  
& famam rex noster animaduertens, Romam pergere simulauit, in ipsoque itinere  
Longobardiam vsque perueniens, præfata per legatos alloquitur dominam, & do-  
nis præcedentibus placatam, suæ voluntati consentire coegit, pariterque cum ea Pa-  
piam vendicauit ciuitatem. Quæ de Ludolfus filius eius admodum tristis effectus,  
ad nostrates properauit, locisque, quæ ad Salfeldum pertinent, abditis, doloque ido-  
neis, insidias occultauit. Post hæc Rex Papiæ præsidio munita, dispositisq; ibi rebus  
necessariis, reuertitur, quem Beringerus cum Duce Conrado subsequitur, regisque  
gratiam in vrbe Augustana suæ filijq; deditioe promeruit, simulque Regine iram  
supplici venia placauit, bonaq; cū pace patriam reuifit. Rex autē Franciam regrediendo  
perlustrās, latētes insidias, quæ à filio generoq; Hugone parabātur, comperit, moxq;  
eis per internuncios hæc ira dictate mādauit, vt vel tāti facinoris authores sibi mitte-  
rēt, vel se potestatis regie inimicos pro certo scirent. Quos huiusmodi legationi con-  
niuere nolētes, collecto exercitu vsq; in Moguntiam persequitur, vniuersis vrbibus, quas  
natus possedit, aut captis aut deditis, hacq; manu valida circūsepta, rebelles assiduo  
multum fatigauit bello. Datis tandē electis ex vtraq; parte obsidibus, pater cū filio lo-  
quitur, ac sui gratiam, si consocios, tanta machinantes, aperiret, & sibi traderet puniē-  
dos, daturum spondit. Hoc cū iuuenis facere non posset, neq; voluisset, à patruo  
conuitiatus Henrico, urbem rebellaturus ingreditur, Ekbertumq; Comitem cū mul-  
tis patruum militibus sibi associauit, & clam noctis silentio cū suis omnibus exiens,  
Ratisbonam, quæ Reinesburg dicitur, Bauarij caput regni, cū vrbibus munitissimis  
cepit, Ducem Iuditham solum cum filiis ab his expellens finibus. Thiedricum in-  
super Ducem, ac Wigmannum Comitem, in præsidium ad Moguntiam denuo pos-  
sidendam, arma commouentes, patre se subsequente, pecunia per legatos amouere  
tentās, Thiedricum nequaquam aspirante, Wigmannum blanditijs delinitum celeriter  
corrupt. Interim Res parata in expeditionem militia, Bauariam petens, clausis sibi o-  
mnibus murorum portis, eadem regione depopulata atque combusta, fediit. Tunc  
Luidolph<sup>9</sup> patri suimet ac regi resistere desperās, Auares pharetratos cōduxit socios,  
quod regē protinus non latuit. Nāq; cū signis militaribus obuiā pergit inimicis insur-  
gentibus, sed aliter ei, quā quisquā ratus sit, proh dolor, euenit. Hi siquidem Ducibus  
iniquis per aliā directi viam, Franciam inuasērūt, miserabiliterq; vastauerūt. Sed si quis  
secreto mētis, seu viua voce, requirit, vnde talis oriatur extraneis audacia, vt tādē ha-  
bitatas lōgeq; semotas præsumāt infringere regioēs, quātū scriptis vnquā didicimus,  
vel per-

Ludolphio-  
gium.

Ida, Sueni  
Ducis F.

Mechtildis  
Aug.

Beringerus.

Adelheidam  
tera Ottonis  
M. coniux.

Conradus  
Dux.

\* Conrado, vt  
Witichindus  
Monachus &  
alij.  
Bellum civile  
cum Ludol-  
pho.

Ratisbona  
Reinesburg.

Auares pha-  
retrati, Lu-  
dolphii socij.

vel per noscimus, audiat respondentes, quia consensu diuino hi facinoribus nostris  
 accenduntur in vindictam Domini, nosque admodum territi fugimus ignaui, iniu-  
 stitia nostri, fitque tandem, vt qui in prosperis spreuimus timorem Domini, merito  
 sustineamus flagellum Domini, ac inuocantes Dominum non exaudimur, qui offe-  
 sam placare supernam nullo modo conabamur. Inde accidit, vt Germania cæteris  
 comprouincialibus suis non impar, viribus his succumberet. Commotus tandem  
 Dominus meritis iustorum, gemituque miserorum, fugauit turbam perfidorum, &  
 Rex eos iterum aliò quàm putat et diuertentes insequutus, Bauariam rursus inua-  
 dit. Qui mox de pace tractantes, induciasque petentes, impetrauerunt, & semper  
 10 dubii suisque infideles Dominis, cum se apud regem excusare non possent, cum Lui-  
 dolpho seniore suo, nota Reinsburg præsidia palantes petunt. Quos rex exercitu va-  
 lido subsecutus, prædicta possedit in vrbe, factaque mutuo longa concertatione, tan-  
 dem grandi fame filium suosque pacem petere coegit. Post hæc Luidolphus cum Hu-  
 gone pœnitentia ductus, patris pedibus aduoluitur, de præteritis veniã, & de præsen-  
 tibus supplex poscit emendationem, de futuris quoque cautelam sponndit. Nunc  
 rex suorum deuictus consilio principum suscepit, cõmissaque remittens, suimet gra-  
 tiam firmiter dedit. Restituit tum fratri suo regnũ diu amissum, pacificatisq; vt spe-  
 20 rauerat, aduersis omnibus, Saxoniam victor repetit. Et ecce iterum Auares, id est Vngari,  
 quasi iam perpetrati sceleris obliti, aduersum nos arma commouerant, quos aduen-  
 tare Dux Henricus regi nunciãns, inceptis eum itineribus reuocauit. Rex autem ad  
 Augustanam vniuersos suimet familiares ad se conuocat ciuitatem, affirmans, se non  
 Angulmalle, quàm tanta plus perpeti mala: hortaturq; suos, præmia promittens cum gra-  
 tia cunctis fauentibus sibi, pœnamq; fugientibus. Collegit vndiq; secus octo tantũ  
 legiones, quas aduersum hostes dispositas consolatur, morientes ibi remuneratio-  
 nibus demulcens æternis, vincentes autem præsentibus delectamentis. Quatũ extre-  
 30 mitates hostis acer iuxta Lech fluuium celerẽ latenter circumcundo incautas oppri-  
 mit, caesis tum plurib; ac dispoliatis. Hoc Rex vt comperit, Conradum ducem cum suis  
 ponẽ misit, qui captiuos cum omni præda ex lupi raptoris faucibus eripuit, victoria-  
 que potitus castra reuisit. Postera die, id est, in festiuitate Christi martyris Lauren-  
 tii, Rex solũ se præ cæteris culpabilem domino professus, atq; prostratus, hoc facit la-  
 crymis votũ profusus, si Christus dignaretur sibi eo die tantũ intercessione pœnis dare  
 victoriã & vitam, quòd in ciuitate Mersepurgensi Episcopatũ in honore victoris i-  
 gnium construere, domumq; suimet magnam, nouiter inceptã, sibi ad ecclesiã vellet  
 ædificare. Nec mora erectus à terra, post missæ celebrationem, sacramq; cõmunio-  
 nem, ab egregio porrectã Orthalrico, cõfessore suo sumpsit Rex clypeum, lancea cum  
 sacra milites in hostem præcedendo, resistentemq; primus erupit, ac mox terga ver-  
 tentem vsq; ad vespërã prostrauit ac effugauit. Peracta tandem cæde, virentibus præ-  
 40 tis victrice cum turba Rex cõsiders, diligenter inquirat, si ab exercitu suo aliquis re-  
 maneret. Comperit tum Ducem Conradum generum sui & egregium militem op-  
 petuisse, cuius corpus merito desletum, atq; diligenter procuratum, Wormatiã mi-  
 sit tumulandũ. Insuper nuncios sanctæ præ miserat matri, qui cuncta ordine panden-  
 tes, eam cura soluerent, mentesq; fideiũ in laudem Christi pariter accèderent. Tan-  
 tum diuinæ pietatis donum omnis Christianitas, maximèq; regi commissa, ineffabi-  
 li suscepit tripudio, gloriam & gratiã psallẽs vnanimiter in altissimis Domino. Inte-  
 rim Rex Saxoniam reuisens lætus patriam, à cunctis Principibus à longè sibi obuian-  
 ribus summis excipitur studiis, diuq; expectatus à venerabili suimet genitrice pro-  
 fusis præ gaudio lacrymis, amplectitur. Quibus suum illico aperiens promissum, qua-  
 liter hoc ad vnguem perduceret, eorundẽ ad hoc consiliũ enixè petiit & suffragium.  
 50 His tandem id collaudantibus, piæque petitioni aspirantibus, statuit Rex Abbatiam  
 in Magdeburgensi ciuitate, incipiens Ecclesiam mirum in modum in loco, vbi san-  
 cta requiescit Edith, & iuxta quam post obitum suimet pausare desyderauerat ipse.  
 Ibi etiam Episcopatum facere conatus, apud Bernhardum, sanctæ Halberstadensis  
 Ecclesiæ antistitem, in cuius diocesi vrbs præfata iacuit, quam diu ille vixit, impe-  
 trare non potuit. Quicquid in prædiis, vel rebus in aliis promisso contraxit in tem-  
 pore, totũ hoc Domino, militiq; eius Mauritio, cõcessit hæredi. Dũ hæc aguntur, ex

Cause irrupti-  
 onis in exte-  
 ras nationes.  
 Qui in prospe-  
 ris contemnit  
 Deum, merito  
 luunt panam.

Ludolphus pa-  
tri supplex.

Auares Vnga-  
ri.

Bellum Vnga-  
ricum.

Conradus  
Dux.

Otto M. uouet  
Episc. Merse-  
burg.

S. Valerius.  
Prælium cum  
Vngaris.

Conradus  
Dux, genit  
Cef.

Abbatia Ma-  
gdeburg.

Bernhardus  
Episc. Halber-  
stad.

Bellum Sla-  
uicum.  
Hermannus  
Dux.

Ab Aquilone  
omne pande-  
tur malum.  
Ludolphi al-  
tera rebellio  
& mors.

Ottonis M.  
expeditio  
Italica.  
Berengarius  
& uxor  
Willa.

Metallum  
uenta.

Haraldus  
Danus.

Trinus & v-  
nus Deus.

Ferri igniti  
miraculum.

Gero Mar-  
chio.  
Mefico Polo-  
nus Imperio  
uulgatus.  
Hermannus  
Dux.

Legati Otto-  
nis à Græcis  
violati.

Græcorum  
clades.

Theophania  
Otonis II.  
collocata.

parte Slauorum bellum ingruit horridum, hortatu Wigmāni Comitis, & Ekberti, du-  
ctu autem Nacconis & Stoingnei, fratris eius. Quos Herimannus Dux superare dif-  
fidens, regis petiuit auxilium. Hic ut erat impiger, militia forti aquilonares inuadit  
regiones, malum sæpissime, ut scriptura docet, pandentes, ibiq; Stoigneum luco ab-  
scoditum, fugientibusque sociis captum, decollari præcepit, confratres autem tanti  
sceleris auctores, Wigmannum & Ekbertum, fugauit. Luidolphus uero regis filius  
malorum deprauatus consilio, rursum resistit, patriaque cedens, Italiam perrexit, i-  
bique cum vnum ferme annum esset, VIII. Id. Septembris præ dolore obiit. Huius  
corpus à sociis eiusdem Moguntiam delatum, lugubriter in Ecclesia Christi marty-  
ris Albani sepultum. De tam miserabili fama Rex in expeditione, qua fuit aduersus  
Redatios, supra modum turbatus, planxit filium suum & Dauid Absolon. Post hæc sedatis  
bellorum asperitatibus, Romam iterum pergere simulans, Lōgobardiam manu va-  
lida intrauit, Berengariumque prædictum in monte sancti Leonis duos obsidens an-  
nos, cum vxore Willa & filiis ac filiabus ad vltimum cepit callidè, exilioque, vbi pōst  
motus, relegauit. Dehinc Romam armato petens milite eiusdem ciues sibi resistē-  
tes bis vicit, urbemque gloriosus intrauit. Insuper benedictionem à Domino Apo-  
stolico Ioanne, cuius rogatione huc venit, cū sua coniuge, anno regni eius xxviii.  
promeruit imperialem, ac patronus Romanæ effectus Ecclesiæ, Beneuentum, Cala-  
briam atque Apuliam, ducibus eorum deuictis, sibi vēdicauit. Temporibus suis au-  
reum illuxit seculum, apud nos inuenta primum vena argenti. Deuictus quoque  
Wigmannus. Apud Danos regnante tunc Haraldo, contempta Christianitas sic per  
Popponem renouata presbyterum. Arguebat enim idem & regem & populum, an-  
tecessorum cultura suorum deuiantem, Diis ac Dæmonibus vacantem, vnum affir-  
mans in tribus personis Deum. Interrogatus autem à rege, si ignito voluisset dicta  
ferro comprobare, paratum se ad hoc esse hilari respondit animo, crastinaq; die fer-  
rum ingentis ponderis benedictum, ad locum à rege determinatum portauit, ma-  
numque securam imperterritus eleuauit. Quo Rex miraculo lætus admodum effe-  
ctus, cum suis omnibus Christi iugo protinus humiliter se subdidit, in finemque, fi-  
delium more, præceptis obtemperauit diuinis. Imperator autem hoc ut audiuit, vo-  
catum ad se venerabilem virum Popponem, si pugil Christi esset, interrogat, & sacer-  
dotali honore sublimat. Gero orientalem Marchio, Lusizi & Selpuli, Mifconem  
quoque cum sibi subiectis imperiali subdidit ditioni. Herimannus Dux Seliburem  
& Mistui cum suis Imperatori tributarios fecit. Æqui uocus Imperatoris, iunior in-  
quam Otto, quem peperit inclyta mater Adelheidis in natiuitate Domini, Romæ  
Imperator effectus est, patre iubente, ac tunc in Campania iuxta Capuam commo-  
rante. Qui filio suimet vxorem ab Imperatore Constantinopolitano desponsare de-  
siderans, nunciis eiusdem ob alieni ad se missis causam, suos fideliter commisit Prin-  
cipes, hanc legationem ferentes. Quos in ipso itinere Græci solita calliditate ex im-  
prouiso irruentes, alios occidunt, quosdam uero captos domino suimet Augusto  
præsentabant. Pauci autem ex his effugientes, Imperatori suo rei euentum aperiuit.  
Hic detrimentum suorum grauer ferens, milites optimos, Gunterium ac Sigifri-  
dum, tale facinus ad vlciscendum, in Calabriam prope misit. Qui Danaos victoria  
priori elatos, & sibi occurrentes, occiderunt, alios autem in fuga comprehensos ob-  
truncant naribus, tributū à Græcis in Calabria & Apulia extorquentes, spoliisque  
ditati cum gaudio remeabant. Constantinopolitani autem funere suorum & capti-  
uitate tristes effecti, aduersus Dominum suum conspirauere, dolosæque imperatri-  
cis consilio per quendam militem peremerunt eundem, loco eius hunc designantes  
ad imperij totius prouisorem. Qui mox magnificis muneribus, comitatuq; egregio,  
non virginem desideratam, sed neptem suam, Theophaniam vocatam, Imperatori  
nostro trans mare mittens, suos absoluit, amicitiamque optatam Cesaris Augu-  
sti promeruit. Fuere nonnulli, qui hanc fieri coniunctionem apud Imperato-  
rem impedire studerent, eandemque remitti consulerent. Quos idem non audiuit,  
sed eandem tunc dedit filio suimet in vxorem, arridentibus cunctis Italiæ Germa-  
niæq; primatibus. Multa sanctorum corpora Imperator ab Italia ad Magdeburg  
per Dedonem capellanum suimet transmisit. Hoc autem quod de eius clerico au-  
diui,

diui, nomine Poppone, Wilhelmi Comitis germano, memoria dignum, nō est prætereundum. Is cum Imperatori diu fideliter seruiret, nimis infirmatur, & in ecstasi effectus, in montem excelsum ducitur, vbi ciuitatem magnam, & pulchra eius conspiciuntur ædificia. Inde perueniēs ad turrim arduam, laboriosos eiusdem scādit aggressus. In cuius summitate magna, Christum cum sanctis omnibus sedentē videre promeruit. Ibi Bruno Archiepiscopus Colonienſis ob inanem Philosophiæ executionem, à summo iudice accusatus, & à beato Paulo defensus, iterum inthronizatur. Tūc iste vocat<sup>9</sup> simili de causa redarguitur, & supplici sanctorū intercessione suffultus talem audiuit vocem: Post tres dies ad me veniens, hanc, quam ego nunc tibi demonstro, Cathedram possidebis. Hæc omnia sacerdos cum euigilaret, Cæsari ad se accersito explicuit, & non esse somnium, sed veram affirmans visionem, gratias ei retulit pro bonis omnibus, quæ ei vnquam fecit, & sic ei indicatum est. Facta confessione, & indulta à præsentibus remissione, dereliquit aliena, repetens sua cum pace bona, flentem tam felici obitu consolatus seniore. Preciosum quoq; marmor cum auro gemmisque Cæsar præcepit ad Magdeburg adduci. In omnibus columnatum capitibus sanctorū reliquias diligenter includi iussit. Corpus egregij Comitis Christiani, aliorumq; sibi familiarium, iuxta suprā memoratam posuit Ecclesiam, in qua sibi sepulturam, quam diu vixit, præparari concupiuit. Anno Dominicæ incarnationis DCCCC. LXI. regni autē eius vicesimo quinto, præsentibus cunctis optimatibus, in vigilia natiuitatis Domini, corpus sancti Mauritij, & quorūdam sociorum eius, cum aliis sanctorum portionibus, Ratisbona allatū est. Quod maximo, vt decuit, honore Parthenopolin transmissum, vnanimi indigenarum & comprouincialium ibidem conuentu susceptum, & ad salutem patriæ totius hæctenus veneratum est. Interea Bernardus antistes venerandus, plenusque dierum, XLVIII. ordinationis suæ anno, & in ipso die, id est III. Non. Februarij, obdormiuit in Domino. Insuper Wilhelmus, sanctæ Archipræsul Moguntia, cui cura ab Imperatore, domino suimet & parente, commissa fuit Parthenopolin disponendi, cæteraque regni necessaria regendi, cum ægrotantis reginæ finem Mechtildis expectaret, in Redulerothe VI. Non. Martij moritur. Huius obitum nimia corporis infirmitate oppressa venerabilis Regina nullo adhuc certa nuncio præsentibus cunctis intimauit: Filius, inquit, meus Wilhelmus, proh dolor, iam expirans, memoria indiget saluari. Et Luidolfus, Abbas Corbeienſis egregius, corporaliter sibi occurrentem illum nocte eadem, qua transit videns, obstupuit, & mortuū hunc esse confratribus nunciauit. Post hæc sancta Mechtildis II. Id. Martij migravit ab hoc exilio, spiritum cōmittens, ac creatori suimet reddens domino, sepultaq; est coram altari Christi præsulis Seruatij iuxta seniore suum; quia quem viuentem dilexerat, huic se mortuam coniungi, quā diu deguit, semper implorauit. Gero quoque defensor patriæ, dum vnici morte turbaretur filij suimet illustriſ, Sigifridi, Romam pergens, emeritus iam senex coram altari Principis Apostolorum Petri arma victricia deposuit, & apud dominū Apostolicum sancti impetrans brachium Cyriaci, ad dominum cum omni suimet hæc hereditate confugit, patriamque reuifens, nati suimet viduam, prius velatam, monasterio in saltu, qui suo signatur nomine, Gerinrod constructo, Hathui vocatam, statuit Abbatissam, à Bernhardo consecratam Christo, firmatisque his omnibus, felici hos obitu præcessit XIII. Cal. Iunij. Imperator autem comperta lugubri matris & filij cæterorumque nece Principum, graui queritur mœre inuincibile totius Reipub. damnū. Urgebat eum ad hoc timor mortis propinque, & quod Domino rebus promisit in anxiis, opportuno complere studuit in tempore. Electum namque à cuncto sanctæ Halberstadenſis Ecclesiæ clero & populo Hillibardum, tunc præpositum, & à Domino suimet Bernhardo ad hoc præsignatum, Romam venire præcepit. Cumque eodem, quod diu latebat, secretum mentis reuoluit, scilicet facturum se in vrbe Parthenopolita Archiepiscopatum se semper studuisse, ob spem remunerationis æternæ, defensionemq; communis patriæ, seque ad omnia quæcunque vnquam ab eo expetiisset, promisit paratum, si consentiret sibi hoc perficere votum. Hic autem, vt erat sapiens, piæ conuebat petitioni, partemque parochiæ, quæ sita est inter oram & Albim & Bodam fluuios, & insuper viam, quæ Friderici dicitur, Domino concessit, sanctoquo Mauri-

Poppo, Wilhelmi Comitis frater.

Bruno & Poppo accusati ob philosophiæ studiū.

Christianus Comes.

Corpus Mauritij Magdeburg translatum.

Bernhardi Halberstadij, & Wilhelmi Moguntini mors.

Endolphus Abbas Corbeienſis. Mechtildis Ang. mors.

Gero Marchio.

Gerinrode. Hadui, natus Geronis, Abbatissa Gerinrode.

Hillibardus Halberstad. Bernhardi successor.

Boda Fl.



*Conspiratio  
in Ottonem  
M. punita.*

*Luitharius,  
Ditmariensis.*

*Sunderslebe.*

*Adelbertus  
primus archi-  
episc. Magde-  
burg.*

*Magdeburg.  
Archiepisc.  
suffraganeus.*

*Bruno Dux.*

*Bruno Coloni-  
ensis cum Au-  
gustino contra  
Ottonem M.*

*Volcmarus se-  
cretarius Bru-  
nonis.*

tio ac Imperatori. Insuper idē charitatīnē rogatus à Cēsare Augusto, dedit domino sanctoque Laurentio parochiam iacentem inter fluuios Willerbizi & salsum mare & Salam ac Vnstrut & Helmana, & foueam, quæ est iuxta Valenhutum. Tali munere Imperator arridens, per manus suscepit eundem, curamque ei baculo committēs pastoralem, Accipe, inquit, precium patris tui. Hunc enim Ericum nomine cum Buccone, Herimanno, Reinwardo, Wirino, Eserico, cæterisque, qui in Quidilingeburg eundē tunc in Pascha solenni occidere conabatur, decollari præcepit. Auum autem meum nomine Luitharium, eiusdem consilii participem, libēter perdere voluit, sed sibi familiarium deuictus consilio Principum, captum hūc misit tandem Bavariam ad Comitem Bertholdum, comprehensis sibi omnibus suis rebus, ac latē distribu- 10  
tis, vsque in annum integrum. Tum enim gratiæ regis & sua omnia cum magna pecunia & prædio in Sunderfleue & in Vodenesege iacenti acquisiuit. Sed captum inter peragam. Imperator vocauit ad se Richarium, Magdeburgensis Ecclesiæ Abbatem tertium. Nam Anno & Otwinus tunc Episcopi præfuerunt. Et volens hunc dignitate sacerdotali decorare, visa quædam epistola, quæ clanculum sibi deferebatur, omisit, Adelbertumque Treuerensem, professione Monachū, sed Russiæ prius ordinatum præfulem, & hinc à gentilibus expulsus, ad Archiepiscopatus apicem, incli-  
tum patrem, & per omnia probatum, anno Dominicæ incarnationis DCCCC. LXX.  
xv. Cal. Nouemb. Apostolica auctoritate promouit. Tunc misit eum ad sedem su-  
am cum magno honore, præcipiens vniuersis Saxonix principibus, vt proximū na- 20  
tale Domini cum eo essent. Archiepiscopus autem à clero & omni populo magnificē susceptus, in his festiuis diebus consecrauit Bosonem, Merseburgensis Ecclesiæ pastorem, Burcardum, Misnensis Ecclesiæ prouisorem, Hugonem, Episcopum Cicensem. Havelburgensis Ecclesiæ custodem his Tudonem cooptauit, prius consecratum. Omnes hos in quā, consecrauit, subiēctionem sibi suisque promittentes successoribus, dispositis singulis quibusque parochia speciali. Additus est his confratribus Brandeburgensis Ecclesiæ pastor Ditmarus, ante hos vnctus, & Iordan Episcopus Posnaniensis. Operæ precium est quāuis iure preposterus mihi imputetur hoc adnectere, qualiter Imperator fratri suimet, Domino Brunoni, nominato à sui-  
met patruo Duce Brunone, qui à Ludouico rege in expeditionē ad Danos missus, cū 30  
Episcopis duobus Thiedrico & Marcquardo, cæterisque militibus IIII. Non. Febru. fluminis inundatione interiit, mortuo Agrippinæ sedis prouisore Wigfrido, Episcopatum eiusdem ducatumque regni insuper daret Lotharii. Hic post iniquorū, quamuis sapientissimus esset, consilio deprauatus, pro bono malum regi suimet, germanoque, constituere meditatus est. Vocauit namq; ad se Hugonem generū, regi, vt supra memorauimus, nimis infidelem, ad conuiuium, & cum corona artificiose gemmata regnum ipsi committere, consanguinitatis & iuramēti immemor, instituit. Qui  
cū in sancto die solennis Paschæ, paratis omnibus instrumentis regalibus, generū, 40  
promissa scemineo expetentē desiderio, coronare voluisset, odii, diuinæ miserationis gratia sapientiæque cuncta voluentis, freno paululū laxato puduit incepti, & per-  
nituit: accersitoq; clam suimet secretario, quem prædiximus, Volckmaro, quod in mente latebat vulnus aperuit, qualiterque curaretur, diligenti consilio quæsiuit. Sed  
cōuersis quibusq; paratus ad omnia Dominus, huic in mentē cælitus misit, quo curā  
sui senioris respondendo talibus mitigauit, Sanctus, inquit, Spiritus tibi, senior cariss. suggestit, vt non amplius aduersus nos præualeret tanti auctor sceleris, inimicus,  
quem sic confundi, teque, autumo, posse honorari. Coronam quam genero tuo cras  
te daturum promissisti, vobis confidentibus præsentabo, vt fides tua in conspectu  
omnium clarescat, & inuitus corruens, disrumpam eandem, vt fraternus amor modò  
frigidus in posterum recalescat. Placuit hoc Archiepiscopo, & sic experiri votis exul-  
tātibus diuinis pulsauit suppliciter aures. Mane autem facto, dictæ hæc vt factis sunt 50  
impleta, Archiepiscopus magnum simulabat mœrorem: Hugo autem sui que tanta spe frustrati, incōsolabilem sustinere dolorem, consummatiq; diebus festiuis, aliis  
quàm ratus sit donis honoratus, rediit. Post hæc confratres, Rex inquam & Episcopus, reconciliati, inuicemque pietatis studio perseverantes, omnem inimicitiz scrupulum deinceps amouere curabant. Sed Archipræsul diuinitus in cunctis humani-  
tisque

tusque pollens proficitatibus, XII. ordinationis suæ anno somno pacis soporatus,  
 v. Id. Octob. fratrem reliquit tristem. Tales infidiatum laqueos, compluresq; alios, in  
 regni ac in cura imperii XL. ferme annos conuersatus Otto prefatus, Christo se in o-  
 mnibus protegente, securus euasit. Pauca loquutus sum de innumerabilibus, et isto  
 melioribus tanti viri ingenio actibus: quia liber vnus de eiusdem nobili conuersatione  
 pleniter inscriptus me aliquid prohibet addere. Imperator autem fraterna clade tur-  
 batus, Wolmero, eiusdem familiari capellano, ob amorem eius, Episcopatum, & a-  
 nimæ curam, fideliter commendauit, quo sedente tempus à Domino sibi permillum,  
 & in omnibus egregie conuersanti, & de medio xv. Cal. Augusti discedente, Gero-  
 10 frater Ditmari marchionis, à clero & ab omni populo electus est: & hoc imperatori  
 mox adnunciatur. Hic quia prefato fratri suo ob multas causarum species iratus fu-  
 it, dare huic Episcopatum noluit. Interea is qui capellanus tunc erat, in vno dierum  
 missam celebrans in Papia ciuitate, vidit solus sanctum Petrum & Ambrosium san-  
 cto se benedicentes oleo, & nulli tunc prodidit, sed tantum diuinæ pietatis munus  
 æqua mente portauit. Imperatore autem in sanctæ dominicæ resurrectionis die dia-  
 ginato apparuit Angelus gladio, cum iam præparatus excepta corona ad Ecclesiam  
 pergere voluisset, nisi inquires, in Gerone hodie compleueris electionem, securus  
 non euadis hanc cædem. Expauescens ob hoc Cæsar, Dominum, inquit, vocate Gero-  
 20 nem, eique protinus venienti curam baculo pastorem commisit, & indulgentiam  
 humiliter efflagitauit. Hic à Suffraganeis postea benedictus, vt signis hodie declara-  
 tur, nomen & officium domino hominibusque acceptè, dum vixit, tota mentis de-  
 uotione portauit. Huius sancta mater, Ida nomine, Hierusalè orationis gratia petens,  
 illicque infirmata, hanc suis legationem pedisequis commendauit: Egreienti ani-  
 30 mæ meimet prolongato huius exilii incolatu, corpus meum matri terre celeriter tra-  
 dite, & mox euntes hæc filio nunciate Geroni, quò peregrinæ genitrici suæ talem in  
 terris non deneget honorem, qualem prius in cælis dare dignatur dominus, & altare  
 mihi in Ecclesia sanctæ constituat Cæcilie. Talibus præceptis deuotæ obtemperan-  
 tes famulæ, Dominam suam post hæc feliciter expirantem sepelierunt, & statim re-  
 cedentes, miseriam in sciæ effugerunt subsequendam. Nam Sarraceni Hierosolymam  
 tunc inuadentes, nil reliquere victis, quòd sancta eis clam tunc prædixit matrona, cum  
 se mortuam iussit properè tumulari, & suas abire. Venientes autem hæc Colonia, cun-  
 cta Archiepiscopo pandunt ordine. Quos idem benignè suscipiens, Deo gratias egit,  
 & iustæ eiusdem petitioni satisfecit. Et quia pauca loquutus sum de laude ignota tan-  
 ti præfulis, libet consequentibus cætera differere, vt in his virtus eiusdem valeat enu-  
 cleatius apparere. Imperator audita Ratisbonensis Ecclesiæ præfulis morte, cò per-  
 40 rexit, & vt Episcopatum non alii daret nisi ei, qui primus sibi occurrerit, in somnis  
 admonitus est. Crastina autem die primitus inlucescente, Cæsar ad monasteriũ Chri-  
 sti martyris Emerani, Monachis hoc nescientibus, cum paucis venit, & paulatim o-  
 strum pulsans, à quodam Gunthero Ecclesiæ peruigil custode, & per omnia venera-  
 bili patre, intromissus est. Quem intuens, ad adorandum primo supplex processit,  
 deindeque talibus aggreditur: Quid, mi frater, pro adipiscendo Episcopatus honore  
 50 uis dare. Senior ad hæc subridens, Calceos, inquit, meos. Hunc autem cum cæteris cõ-  
 fratribus ad electionem Antistitis ad sanctum Petrum venientem, Cæsar explicato  
 cunctis somnio, cæteroque rei euentu, cum consilio cleri, totiusque populũ sacer-  
 dotem constituit. Is verò accepta benedictione sedebat tantum v. i. menses, ægritu-  
 dineque compressus valida, ad modicũ conualuit, sumptaq; in manus cinere, locũ,  
 quo de hoc seculo migrare voluit, signo sanctæ crucis ipse cõsurgendo signauit, solo  
 tenusque positus, illud beati Iob carmen beatus & ipse cecinit: Audi tu auris, audiui  
 te Domine, nunc autem oculus meus videt te: Idcirco ipsemet reprehendo & ago pœ-  
 nitentiam in fauilla & cinere. Et continua confessione cum lacrymis peracta, emisit  
 spiritum. Impletumq; in eodem est, quod antecessor illius similis habitus huic præ-  
 dixit: Tu debes frater secundus post me hæc Ecclesiam regere, sed paruo tempore vi-  
 ues, domino tantum te misericorditer coronante. Quod quàm diu hic peregrinatus  
 est, iuxta Domini voluntatẽ fieri idem semper optauit. Has de duobus Episcopis sen-  
 tentias ideo ptuli, vt scias lector, quòd cælestis gratia Imperatori sæpe aperiret, quòd

Brunonis Col.  
mors.

Wolmerus  
Brunonis suc-  
cessor.  
Gero, Ditmari  
March. frater,  
Wolmeri  
succesor.

Spectra.

Hid. Lam-  
perto Schafna-  
burg. & Cõra-  
do Lauterber-  
gio.

Hierosolyma  
à Sarracenis  
occupata.

Ottonis M.  
somnia.

Guntherus ex  
Monacho Epi-  
sc. Ratisbo-  
nens.

Michael Cunteri Ratisb. Successor.

IPapam nemo iudicare potest, nisi Deus. Hamburgum. Hermannus Dux Saxon.

Henricus Ditmariatus.

Viomarchio. M. seco Polonus. Vurtaf. Sigefridus Ditmari pater Cideburus, Misconis frater.

Othónis B. religiosus.

sibi in humanis fieri placeret. Hic audito obitu tanti patris, Michaellem huic succedere fecit. Qui cum commissa sibi optimè diu regeret, commouentibus iterum orientales Vngaris, cum cæteris Bauarorum Principibus his ad succurrendum venit. Sed exorto mox in eos duello, pro dolor, nostri victi ab hostibus atque prostrati sunt. Episcopus autem abscissa suimet auricula, & cæteris fauciatus membris, cum interfectis quasi mortuus latuit. Iuxta quem inimicus homo iacens, & hunc viuere solum ab insidiantium laqueis tunc securus cernēs, hastam sumpsit, et necare eundem conatus est. Tunc iste confortatus in domino, post longum mutui agonis luctamen, victor hostem prostrauit, & inter multas itineris asperitates incolumis luctamen nit ad fines. Inde gaudium gregi suo exoritur & omni Christū cognoscenti. Excipitur ab omnibus miles bonus in clero, & seruatus optimus pastor in populo, & fuit eiusdem mutilatio non ad dedecus, sed ad honorem magis. Et nunc reuertar ad explanationem narrationis seriem. Romanorum præpotens Imperator Augustus, valentior sibi in Christo dominum Apostolicum, nomine Benedictum, quem nullus abique Deo iudicare potuit, iniussè, ut spero, accusatum deponi cōsensit, & quod vltimam non fecisset, exilio ad Hammaburg relegari præcepit, ut postea lucidius indicabo. Interim Herimannus Dux Saxoniam regebat, positaque ad Magdeburg concione susceptus est ab Archiepiscopo, manumque deducitur ad Ecclesiam, accensis luminaribus, cunctisque sonantibus campanis. Ibi auum meimet Henricum, tantè resistantem superbiæ, dolo capere Dux nisus non potuit: quia hunc militum magnæ cæterua vallauit, præcipit tamen ei, ut Romam post Imperatorem pergeret. Quod libentissimè complens, transiens Alpibus, ut primùm ad Imperatorem venit, videns eum à longè solo tenus se prostrauit, interrogatusque quid causæ hoc esset, quòd accusatus apud eum, gratiam suam pietatemque solitam perdidisse timeret, quòd acerbiliter respondit. Quem protinus eleuatum Imperator osculatur, singulaque sagaciter perquirēs, & de susceptione Ducis, quomodoque in medio Episcoporum ad mensam loco Imperatoris sederet, lectoque dormiret, perdidicit. Ob hoc Cæsar Augustus maleculè succensens, Alberto per epistolam mandauit Episcopo, ut tot sibi equos mitteret, quot Ducis campanas sonare, vel quot lucernas accendi præceperat. Imperatoria Archipræful peragēs edicta, quibuscunque valuit modis se per legatos suimet excusare contendit. Comes præfatus tam ingeniosus erat, ut Cæsarem iratum præcæteris Principibus placare potuisset. Sed quia eius fuit consanguineus, gratiam imperialem vsque in exitum suimet vitæ fideliter obtinuit. Quem torque aureo donatum Cæsar dimisit remeare, suosque familiares contristatis hostib. latificare. Interea Vdo venerabilis Marchio Misconem Imperatori fidelem, tributumque vsque Vurtafluuium soluentem, exercito petiuit collecto. Ad cuius auxiliū pater meus Comes Sigefridus, tunc iuuenis, nec dumque coniugali sociatus amori, venit solum cum suis, & in die sancti Iohannis Baptistæ aduersus eum pugnantes, primoque vincentes, à fratre eiusdem Cideburo, exceptis tantum comitibus præfatis, omnes optimi milites interfecti oppetierunt in loco, qui vocatur Cidini. Hac de fama miserabili Imperator turbatus, de Italia nuncios misit, præcipientes Vdoni atque Misconi, si gratiam suimet habere voluissent, vsque dum ipse veniēs causam discuteret, in pace permanerent. Posthæc subditis sibi cunctis hostium cuneis, arduam Alpium transcendit viam, Bauriam inuisens regionem, ibique cunctis sapienter dispositis, recto itinere ad Magdeburgensem pergens ciuitatem, palmas ibidem festiuo duxit honore. Namque solebat in solennitatibus vniuersis ad vesperam & ad matutinā atque ad missam cum processione Episcoporum venerabili, deindeque cæterorum ordine clericorum cum crucibus sanctorumque reliquiis ac thuribulis ad Ecclesiam vsque deduci: hicque cum magno domini timore, qui est principium sapientiæ, staret, atque sederet, vsque dum finita sunt vniuersa, nil loquens nisi diuinum, ad caminatam suimet cum luminarib. multis, comitatuque magno sacerdotum, Ducū ac Comitum remeabat. Pro remedio autem animæ suæ tradidit postera luce ineffabilia domino munera, inuictissimoque eius duci Mauritio, in prædiis, in libris cæteroque apparatu regio, confirmans omnia legitima aduocatorum, traditioneque scripturarum, præsentia, & laude imperatricis & filii, atque sub omnium testimonio Christo fidelium. Dehinc iuit ad Qui-

ad Quidilingeburg, proximum Pascha diuinis laudibus, humanisque peragens gaudiis. Huc confluebant Imperatoris edicto Miseco atq; Bolislaus, Duces, cū omnibus regni totius primariis: consummatisque pacificè cunctis, ditati muneribus magnis, reuersi sunt ad sua lætantes, Calend. Aprilis. Herimannus autem Dux ibi rādem moriens Imperatoris gaudia turbauit. Huius corpus dum ad Luneburg à filio suimet Bernhardo deferretur, contigit ibi Brunonem, Verdēsis Ecclesię Antistitem, in proximo esse. Hic quia Herimannum, dum vixit, banno cōstrictum habuit, suppliciter rogatur à filio, vt & solutionem sceleris defuncto impenderet, & in Ecclesia eundem sepeliriceret. Sed is quod postulat, nequaquam impetrat. Sed quia præsulis istius memoriam feci, voluntas mihi de eodem amplius effari. Fuit hic cōsanguineus prædicti Ducis, noua monachus Corbua, & ob venerationem suam Imperator eūdem Amalongo successorem statuit Episcopo, qui Ecclesiam in Werdun, cui rationabiliter præfuit, de ligno fecit egregiam, & magnitudine & qualitate cæteras præcellentem benedixit, & in senectute bona proficiens obiit III. Non. Maij. Hic autem cum senio & infirmitate assidua grauatus, admodum tardaret, rogatur à Cæsare, vt Herimannum, suimet capellanum, Volcmeri fratrem Antistitis, pro filio nutrire, & adiuuamen & ad hæredem voluisset sibi eligere. Hanc legationem gementi animo suscipiēs, talia reddit: Curam quam mihi Dominus meus indigno committere dignatus est, studiosè hætenus rexi, & quam diu hinc cōuersari debeo, sine tali fame, si licet, degere concupisco. Humilitatis ac superbiæ non est æqua societas, nec vnquam consortem patitur potestas. Quodcunque in alio placet Seniori meo, deuotus implebo. Non sit spes iuueni in morte senis decrepiti, quia peccatum est: reminiscatur quòd pellis vituli crebrò suspenditur parieti. Talia exorsus, se ad Ecclesiam Christi virginis Cæciliæ iubet portari, humo que prostratus, se indignè hætenus ei seruisse, sic lacrymis queritur effusus: Adeo ætate repudiatum me infelix cognosco, cū alienus mihi præponitur, & seruituti tuæ, vt dignior assumitur. Vnde hinc tristis nunc abscedere volo, & Christi gratiam, & tuimet intercessionem sanctam in hoc expectare desidero. Vellem vt sicut ego aliena iniuste non appetui, ita nullus vnquam de meo gaudere præsumeret detrimento. Nunc adeo quod tibi placeat, & Ecclesiæ profitemeæ, supplex exoro. Finita hac oratione, surrexit, & discedens tam diu in sua morabatur parochia, quoad vsq; de nece suprā memorati iuuenis certus efficitur, & hunc conuocatis in vnum sociis, Dominum, dixit, non habetis nouum, me autem ad monasterium deferte meum, diem iudicij ibidem, absque omni vagatione, cum magna sollicitatione expectaturum, & discite vos mortales, omnia quæ vobis sunt salubriter profutura, non currentis, neque volentis, sed potius miserentis Dei esse. Simus exemplum vobis, quod nemo confidens in Dominum, desolatur, nec in se sperans, vtiliter exaltatur: Ponite, filij in Domino patre, spem vestram, & cum auxilio vnigeniti eius, & paraclæti consubstantialis vincite timorem noxium. Propitium orate Dominum, vt quod ego in vobis, seu vnquam vos in me, humanā fragilitate deliquimus, emendetur deinceps in melius, & vt post me Domino charum & vobis vtilē habere possitis senio, & tempora prosperè arridētia. Post hæc verba ad prædestinatum perueniens locum, quamuis multa senectutem suam circumuenirent incommoda, tamen affabilis & laudandæ fuit conuersationis. Expeditis breuiter suprā dicti Imperatoris inclyti actibus, fert animus, priusquam obitum eius scriptis comprehendam, de his aliquid dicere, qui eiusdem temporibus vtilis Ecclesiæ & sibi expirauere, & quod interim accidit, renouare. Hilibertus, qui eum vnxit Archiepiscopus, in secundo regni suimet anno, obdormiuit in Christo, II. Calend. Iunij, & huic Fridericus succedens, Domino placuit & seculo. In hoc anno Vngari Turingiam atque Saxoniam vastantes, in locis perierunt firmissimis, nonnulli autem ex illis timore sibi alas subministrante, partim reuiferunt. Euerhardus Dux, regi diu infidelis, degradatus est, & Comes Wigmannus humili supplicatione reconciliatus. In sequenti anno frater regis Henricus ab Eberhardo Comite captus, in vinculis tentus est. In tertio anno su præmemorati regis, Henricus frater eius, & Eberhardus Dux, & Gisilbertus Comes Lutharingorū, cum cæteris nequitæ suimet fautoribus cis Rhenum plurima depulati sunt. Hoc Vdo amicus regis ilico comperiens, Eberhardum occidit, Gisilber-

Miseco, Bolislaus.

Herimanni Ducis mors.

Bernhardus, Hermanni F.

Amalongo Episcopus Verdenses.

Bruno coadiutorem recusat.

Hilibertus Fridericus Archiepiscopus Mogunt.

Eberhardus Dux.

Henricus, Ottoni Magni frater. Gisilbertus, Vdo.

Legatio Graecorum.  
 Wilhelmus,  
 Feid. Mogun-  
 sini successor.

Crucis in ru-  
 stimentu.

Pessia.

Fræcofurtum  
 ad Marimum.

Otto II in-  
 unctus.

Boso, Episc.  
 Marzeburg.

Anno Wor-  
 maciensis.  
 Gisleerus, Bo-  
 joni successor.  
 Conradus  
 Dux.

Not.

Filia Ottonis  
 M. infamata  
 & vindicata.

tum cum sociis in Rheno demergit. Henricum autem regis gratiam petere coëgit. Post hæc legati Græcorum, regi nostro bis ab Imperatore suo munera detulerunt, v-  
 trisque conuenientia. Fridericus Archipræsul, xviii. ordinationis suæ anno, vir abs-  
 temius obiit, & Wilhelmus, de matre quamuis captiua, tamen nobili & Slauonica,  
 & ex rege prædicto genitus, vice eius ordinatur, Anno Dominicæ incarnationis D  
 cccc. lxxxiii. Dehinc in quarto eiusdem numeri anno signum salutaris crucis in ve-  
 stimentis hominum mirabiliter, & magis miserabiliter, elucens dignè accipientibus  
 profuit, & irridentibus nocuit. Anno Dominicæ incarnationis D cccc. lxxxiii. ob de-  
 positionem supra memoratam Benedicti Papæ, & exilium, quo moritur, sua mor-  
 talitas Imperatoris exercitum subsequitur, quæ Henricum Treuerensem Archie-  
 piscopum & Ducem Godefridum cum cæteris innumerabilibus cõsumpsit. In ter-  
 tio anno ii. Calend. April. Ecclesia Halberstatis cecidit, & Imperator de Italia per-  
 gens, Francanfort venit, & in his partibus diu manens, inter suos pacem atque con-  
 cordiam firmavit. Subsequente autem anno, Imperator iterum Romanorum partes  
 ingressus. In quarto anno æquiuiocus Imperatoris, comitante Wilhelmo Maguntien-  
 si Archiepiscopo, Romam veniens, à Domino Iohãne venerabili Papa in benedictio-  
 ne patri similis efficitur. In vii. autem anno templum domini in Dornburg combu-  
 stum est. Placet etiam mihi hoc annectere, quòd Boso, antecessor meus, à præfato Im-  
 peratore constitutus, curam sibi commissam annum vnum & menses decem ac tres  
 dies regens, in patria obiit Bauaria Cal. Nouemb. sepultusque in Merseburg in Ec-  
 clesia sancti Ioannis Baptistæ coram summo altari. Qui in Monasterio Christi mar-  
 tyris Emmerani, quod extra urbem Ratisbonæ in australi parte situm est, monachus  
 conuersatione nutritus, ab inde ad seruitium Cæsaris assumptus, beneficium Cicen-  
 sis Ecclesiæ pro magni laboris sui debita remuneratione percepit, & iuxta prædictã  
 ciuitatem in quodam saltu, quem ipse construxit, ac suo nomine vocauit, templum  
 Domino de lapidibus ædificat, consecrarique fecit. Beneficium autem omne, quod  
 ad Ecclesias in Merseburg ac in Mimilue positas, ac ad Thornburg & Kirchberg  
 pertinentes, fuit, antequam ordinaretur, obtinuit, & quia is in oriente innumeram  
 Christo plebem prædicatione assidua & Baptismate vindicauit, Imperatori placuit,  
 electionemque de tribus constituendis Episcopatibus ei dedit, Misnensis, Cicensis  
 atque Merseburgensis. P.æ his omnibus, eo quòd pacifica erat, Merseburgensem ab  
 Augusto exposcens Ecclesiam, quã diu vixit, studiose eandem rexit. Hic vt sibi com-  
 missos eo facilius instrueret, Slauonica scripserat verba, & eos Kyrie eleison canta-  
 re rogauit, exponens eis huius utilitatem. Qui vecordes hoc in malum irrisorie mu-  
 tabant. Imperator huic paucas villas concessit, ad prædictam urbem pertinentes, &  
 in pago Chutici positum quoddam castellum, quod Medebure vocatur. Interpreta-  
 tur autem hoc mel prohibe. Concessit quoque ei filius suimet, & æquiuiocus, Eccle-  
 siam in Helpethi positam, quam pater eius in honore sancte Radegundis constructã,  
 Bernhardũ ipse præfens dedicare præcepit antistitem. Sed cum primus Ecclesiæ pa-  
 ter nostræ, sicut prædixi, expiraret, intercessione Annonis, Episcopi Wormaciensis,  
 Imperator Gisleero, moribus & natura nobili, Episcopatum dedit. Hic consecratur  
 in Magdeburg ab Alberto Archiantistite, Iunio mense. Equidem quia de Conrado  
 Duce, qui gener Cæsaris iuxta Lech fluuium occisus est, pauca dixi, non incõgruum  
 esse reor, quædam tunc à me indiscussa aperire. Post longum tempus Imperator ad  
 Merseburg veniens, à quodam proditore comperit, exuias eiusdem à Slauis in  
 Zwëcka sub Suchauico seniore sibi multum dilecto haberi. Quos cum auxilio illius  
 in singulari prælio deuictos suspendi præcepit, prædæque maximam partem restituit.  
 Sed hoc ignoro, vtrum hanc eiusdem interemtores sumpserint, an sic casu acciden-  
 ti necis eius inculpabiles inuenerint, & quia hoc vllatenus celare præsumpserunt, di-  
 gna morte pœnas persoluerunt. Filiã verò suimet, vxorẽ eius, à quodam Cunone, eo  
 quòd sibi satisfacere nolisset, latè diffamatam, & coniugem suam clam fore ab eo-  
 dem dictam, Cæsar hoc grauius ferens sic eam expurgauit. Conuocatis omnibus  
 regni suimet Principibus primò secretis allocutionibus eandem, si huius rei culpabi-  
 lis esset, diligenter inquiri: Posteaque cum illam adhibito Christi testimonio & sa-  
 cramentis se nimis excusare vidisset, præsentibus cunctis indixit, si aliquis ex nume-  
 ro sibi

ro sibi familiarium eam armis defendere voluisset, vt se firmum in die hac & in perpetuum acquirere potuisset amicum. Burchardus Comes hæc audiens, in medium profiliit, & Cunonem per omnia mentitum fore coram omnibus dixit. Ille autem cum id verum esse sacramentis affirmaret, cum eodem congressus, in primo aditu dexteram mendacem perdidit, & iniustitiam suimet deuctus innotuit, & misericors Dominus à falso crimine hanc eripuit, quam innocentia vitæ sibi placere fecit. Hæc marito viuente suo, quamuis sæpe despiceretur, & laboribus crebris fatigaretur, tamen viridi patientia hæc sufferens, honorem innatum seruare conatur. Cum autem vitæ hanc finiret, in Ecclesia Christi martyris Albani in Moguntia flebiliter est sepulta, cuius fufum argenteum in eius memoria ibidem est suspensum. De præfato autem Duce Henrico quædam dico, quæ impiè fecit in suimet regno: & in quibus vallet considerare, quod supra dictis omnibus non valet contradici. Patriarcham de Aquileia castrari, & Archiepiscopum Saltzburgensem præcepit excæcari. Causas ponere nolo, quia ad hæc promerenda non esse idoneas in veritate scio. Is cum in fine suo à Michaelè, Ratisbonensi Episcopo, de tali commisso admoneretur, se in priori peccasse solum fateretur, & in Archipræsule nihil: ignorans, quam parua res est in qua flagitium deest. Vnde David supplex loquitur: Ab occultis meis munda me domine. Huius coniunx Iuditta nomine, cum præsens adesset, hanc confessionem audiuit, & mox viro suimet moriente, corpus eiusdem in Ecclesiam quam ipse in honorem sanctæ Mariæ semper virginis construxit, cum magno mœrore deposuit, & in quocunq; animam eius vnquam deliquisse ipsa sciuit, vel ab aliis comperit, lacrymis ac ineffabilibus emendauit elemosynis. Hæc in viduitate sua continenter viuens, cum Abraham, Frisingensem Episcopum, præ cæteris diligeret, inuido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniabatur. Quæ cum de hac luce migraret, in die depositionis suæ ab eodem antistite missam cantante sic expurgatur. Ante communionem is versus ad populum, quæ merita eius fuerint circumstantibus indixit. Hoc, inquit, delictum, quo diffamata fuit, si hæc vnquam commisit, faciat omnipotens pater filij suimet corporis & sanguinis salutare remedium mihi prouenire ad iudicium, & ad debitam damnationem, animæque eius ad perpetuam saluationem. Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia sumpsit vnicum cunctis fidelibus remedium. Crediditque populus, quamuis serò, & cum detractione iniusta plus ei posuit, cum nocere studuerit. Fuit in diebus prædicti Cæsaris quidam Comes Hed nomine, qui Ecclesiam in honore Christi athletæ Viti in Heslinge constructam, quia hæredem non habuit, maxima totius proprietatis suæ parte dotaui, & congregatione sanctimonialium ibidem facta, eandem Abbatiam mundiburdio Etheldagi, Bremensis Archiepiscopi, subdidit. Sed præposita huic sedi geminæ venerabiles matronæ, quibus vnum erat vocabulum, Winbulgert dictum, citò pro dolor obiere. Auus autem meus cum filiam suimet, Hathui nomine, ibi educatam prius, ac traditam eis, succedere rogasset ab Archiantistite præfata, impetrare non potuit. Postea vero Archipræsul à Cæsare patrino suimet rogatus, eandem cum iam duodecim esset annorum, ii. Calend. Maij die dominica velauit in proxima die ad Abbatissam in patris præsentia, quod postea eum nimis pœnituit. Namque, vt dicturus sum, interpositis diebus quinque, Italiæ, Daciæ & Saxoniam salus, Otto primus obiit. Pausat autem auia meimet, Iuditta nomine, in Ecclesia, quam post de lapidibus, qui in hac terra pauci habentur, filia eius summo opere construxit, excedens ex hoc seculo vii. Cal. Nouemb. Ecclesia Fuldenfis, pro dolor, incensa sub eodem Imperatore renouata est. Ascensionem autem Domini Imperator in Merseburg fuit, & quicquid de promissione remansit, deuota mente ibidem complere studuit. Exin iii. feria ante Pentecosten ad Mirameleben veniens, postera die ad mensam lætus sedebat. Qua finita cum iam vespera cantaretur, infirmari cœpit & inclinare. Quem qui astabant proximè suscipientes, depouerunt, refocillatusq; diuino celeriter viatico, orantibus pro eius exitu cunctis, debitum persoluit naturæ, Nonis Maij, iiii. feria. Sequenti verò nocte viscera eius soluta in Ecclesia sanctæ Mariæ sunt tumulata: corpus autem eiusdem aromatis conditum ad Parthenopolin translatum, ibique honorabiliter atque lacrymabiliter susceptum, marmoreq; impositum, sarcophago sepultum est ab Archi-

Henricus Bannarus, Ottomus M. frater.

Henrici Bannari uxor suspecta purgatur.

Hed Comes.

Etheldagus, Archiepiscopus, Bremensis.

Hadu.

Iuditha, Dis-mari auia.

Ottomus M. mors et sepultura.

Otto II.  
Caf.

Bonus Rex  
bonus popu-  
lus.

Tres aetates  
mundi.

episcopis Gerone atque Athelberto, cæterorumque auxilio Episcoporum clerique totius. Æquiuocus autem eius, iunior scilicet Otto, patre adhuc viuente electus, & vnctus, iterum collaudatur à cunctis in dominum ac regem. Quantum verò pro liberatione animæ senioris suimet Adelheidis imperatrix inuigilauerit vsq; in finem, dictis non valet comprehendi nec factis. Quicquid enim honoris sibi vel profectus secularis vnquam prouenit, non vllò suimet merito, sed Dauidicis Christo ascriptis laudibus: Non nobis, inquit, Domine, non nobis, nomini tuo da gloriam. Si in me facundia, scientia & memoria conuenirent, in explicanda Cæsaris laude deficerent. Sicut Dominus, sic & Principes eius fuerunt. Non eos ciborum seu aliarum rerum superflua varietas, sed in cunctis delectabat aurea mediocritas. Omnes, quæ leguntur virtutes, his de gentibus florentes, his obeuntibus marcesserunt. Hi etsi corporaliter non viuunt, supersunt animæ immortales, bonorum profectu operum eternitate gaudentes. Sed vt cõcludam sermonem, post Carolum Magnum regalem Cathedram nunquam tantus patriæ rector atque defensor possedit, præcedentibus mortem eius, vt prædixi, plurimis optimatibus: omnes, qui super fuerunt, tantæ iucunditatis immores, nouam hanc normam, quæ sequebatur, nec voluerunt, neque sequebantur, sed ad exitum vitæ suimet abiecta antiquæ veritatis & iusticiæ semita, sua sponte non deuiabant. Impleri tunc namque videbãt, quod à quodam sapiente præfago futurorum scriptum: primum aureum seculum, dehinc æreum, postque ferreum sequitur. Audiat vnusquisque fidelium veridica beati Gregorij monita: Cùm augentur dona, rationes crescunt donorum. Et in commissis, nimis peccasse perhorrescat, & pro anima Imperatoris dominum supplici mente deposcat, vt flagitia serui peccatoris innumera, quæ in tot sibi subditis rebus præcaueri nequuerant, clementer ignoscat, regnorumque dominator omnium populis præsentibus atque futuris peruigil piusque custos assistat. Et tu quicumque mihi succedas, tanti memor beneficij, animæ recordationem fidei mentis custodia serues, maximeque in festiuitate Christi athletæ Laurentij, cuius intercessionem obnixè postules, vt sicut eo die meritis ipsius hostium huic concessa est diuinitus victoria visibilium, ita sibi à Domino donata, quam semper optauit, remissione, laqueos inimicorum mereatur inuisibilium euadere, à sinistrisque segregatus, in die iudicij collocetur à dextris.

CHRO-



# CHRONICI DITMARI, <sup>27</sup>

EPISCOPI MERSEBURGII,

LIB. III.

**T**ertius in numero regum, sed proximus Otto  
 Nomine, scribatur, & digna laude locetur.  
 Sede patris magni viuens per secula secundo  
 10 Successu, miseris qui profuit omnibus horis.  
 Huius prima bonis letantur, triste supremis  
 Aduenit, nostris criminibus undique magnis.  
 Tunc luit hic mundus, quod spreuit recta malignus,  
 Vltici gladio perierunt plurima regna.  
 Nulla patet nobis certissima causa, peritis  
 Cunctis est visum Mersburgi flebile damnum,  
 Ex quo sustinuit, quod pax pia longè recessit  
 Finibus è nostris, latè regnabat & hostis.  
 20 Quis valet effari? sauiret ut iste crudeli  
 Funere, cum Christi templis nec parceret almi.  
 Congressi mutuo ceciderunt atque duello  
 Ex nostris multi, Saracenis exuperati.  
 Verè felices, qui Christum semper amantes,  
 Tranquilla pacis retinent optata, timoris  
 Funditus ignari pulsantis corda maligni,  
 Plusquam tricenos qui nunc turbauerat annos  
 Antecessores nostros, & proh dolor, hostes.  
 30 Armauit, nostras quoque nunc infringere terras.  
 Qui calos terris coniunxit, ponat ut istis,  
 Finem supplicis optet modo quisque fidelis.



**T**ERTIVS regni procurator nostri, Otto secundus, materies mei,  
 qui iuuenis viribus corporis elucens eximiis, primo quæ sunt pro-  
 terua sectatus, largitusque plurima pietatis opere abique tempe-  
 ramento, matura fugit consilia. Deindeque castigatus à multis,  
 imposito sibi laudandæ virtutis freno, nobiliter in diebus suis con-  
 uersatus est, sicut in sequentibus explanabo. Piæ genitricis suæ in-  
 stinctu, cuius gubernaculo vigeat, Mimileue, vbi pater suus ob-  
 40 iit, iusto acquisiuit concambio, decimasque, quæ ad Heresfeld pertinebant: Et con-  
 gregatis ibi Monachis, liberam fecit Abbatiam, datisque sibi rebus necessariis, Apo-  
 stolico confirmauit priuilegio. Insuper licentiam Archiepiscopum eligendi contra-  
 stolicum domino famulantibus Magdeburg, præcepto imperiali, præsentis Archiepi-  
 scopo dedit Adelberto, & cum vno libro, qui hodie ibidem est, in quo sua Impera-  
 tricisque Theophanu imago auro splendet formata, munus affirmavit. Quod gratia  
 Cæsaris, & in præsentia eius, Archiepiscopus, præparatus ad missam, cum, prælecto  
 euangelio, more solito optimè prædicasset, recitato coram præcepto imperiali, quo  
 electio continebatur, ostendit, eundemque quicumque temerarius hoc vnquam au-  
 deret infringere, terribili excommunicatione damnauit, & cunctis prosequentibus  
 50 amen, fiat, fiat, consolidauit. Pauperem adhuc Episcopatum Merseburgensem la-  
 gisflua pietate respexit, & eius prouisorio Gisilero, quia hunc multum dilexerat, Suen-  
 cam ciuitatem cum appertinentibus cunctis ad seruitutem sancti Iohannis Baptistæ  
 tradidit, & quicquid Merseburgensis murus continet vrbis cum Iudæis & Mercato-  
 ribus de moneta & foresto, inter Salam ac Mildam fluuios, & Suifuli atque Plisni pa-  
 gos iacenti, Chorin & Niriechua, Bucithi & Cothugac Borintizi, permisit, ei hæc o-  
 mnia scriptis manu propria corroboratis affirmans. Interim Gero, Agrippinæ sedis

Ottonis II.  
 inuentus &  
 religiosam mu-  
 nificentiam.

Mimileue-  
 sis Abbatia.

Priuilegium  
 Collegij Ma-  
 gdeburgici.

Gisilero Ep-  
 scopus Merse-  
 burg.

Gero Archi-  
 pisc. Colon.



Idololatria.

Patinatio  
Diabolica.

Euergerus.

Geronis Co-  
lon. mors.Willigisus,  
Roberti Mo-  
guntini suc-  
cessor.

Huius natalis.

Ottonis II.  
expeditio Da-  
nica.Bernhardus  
Dux.  
Henricus,  
Ditmari  
dux.  
Religio irrita.

egregius prouisor, obiit, de quo quia pauca praelibauimus, quæ tunc reseruauimus, paucis edicamus. Hic crucifixum, qui nunc stat in media, ubi ipse pausat, Ecclesia, ex ligno studiose fabricari præcepit. Huius caput dum fissum videret, hoc salubri remedio curauit. Dominici corporis portionem, vnicum in cunctis necessitatibus solatium, & partem vnam salutiferæ crucis coniungens posuit in rimam, & prostratus nomen Domini flebiliter inuocauit, & surgens humili benedictione integritatem promeruit. Is dum capellam clara iam luce intraret suam, victorem sanctum, ut suis post intimauit fidelibus, cum Diabolo dimicantē atque vincētē, vidit. Huius obitū cuidam Abbatissæ Gerbergæ, quæ propter castitatem mentis & corporis idem multū dilexerat, secumque sæpe detinuit, Diabolus bonorum inuidus omnino, sicut prius solebat in cæteris, promissit didit: Vellem tibi meum aperire secretum, si te scirem cuncta hæc nunquam seruasse commissa. Sed si fideliter hoc continere mihi promittis, ea dico ratione, ut quandocunque alicui vis aperire, vitam tibi me non dubites tollere. Gero tuus familiaris in hoc anno tantam incidit infirmitatem tres dies, ut mortuus credatur, & si ab aliquo hoc spatium custoditur, tale potest securus euadere periculum. Sed ancilla Christi verbis obstupescens talibus, fidei se silentio hæc promissit omnibus occultare. Hæc cum eundem videret euanescere, directo mox itinere, Archiepiscopo vniuersa narrauit. Quod Diabolus intelligens, in tantum eam cecidit, ut post innumeros dies vitam hanc fragilem vita mutaret æterna. Archiepiscopus autem in die depositionis eius missam celebrans, meritū eius cunctis altantibus indixit, indulgentiamque ei ab his postulauit, & ipse fecit. Post hæc infirmitate prædicta grauatus se Euergero custodiendum commisit. Qui eundem acri dolore defatigatū quasi mortuum lauari, pheretique impositum ad Ecclesiam portari, posteraque die sepeliri iussit. Hic, ut aiunt populi, tertia nocte quasi de graui somno expersit, rogauit. Obstupescens, qui audiuit, Euergerum præfatum, custodem Ecclesiæ, ut Episcopo laboranti succurreret, interpellauit: Qui eundem per omnia fuisse mentitum affirmans, magno percussit baculo, sicque quieuit diuæ præsul memoriam III. Cal. Iulij. Apparuit autem mox Luidolpho Abbati dicens, requiem æternam nobis cantate, & euangit ab oculis eius. Huius vice Warinus electione & imperatorio munere protinus vngitur. Mortuo quoque Roberto, Moguntinæ sedis Archipræsule, Imperator Cancellarium suimet nomine Willigisum, multis hoc ob vilitatem sui generis renuentibus, eundem præfecit Ecclesiæ. Sciebat enim, Petro attestante, quod non est personarum acceptor dominus, sed omnes se ex corde diligentes præ cæteris amat, incomprehensibili honore remunerans. Qualiter autem hunc Pastorem futurum diuina pietas præ signauerit, non est silendum. Huius mater quamuis pauperula, tamen, ut in sequentibus apparet, bona, dum eundem in utero portaret, vidit per somnium quod sol è sinu suimet fulgens totam radiis flammanibus repletet terram, quod ipsa in domo sua habuit, quasi gratulandum dominæ respondit: ille, qui tunc natus est, sol erat, quia sanctæ prædicationis suæ radiis corda multorum à Christi caritate respondentium illuxit: Et idcirco in eius natiuitate masculini sexus mirabilis multitudo ingignitur: quia vir Domini ad salutem patriæ totius summa prædestinatione regnator exoritur. Felix mater, quam Dominus præ cæteris contemporalibus suis in tantum visitauit, ut prolem nobilioribus coæqualem, vel etiam nonnullis meliorem, pareret, ut ostensa sibi visionis spem oculis & re ipsa veram esse probaret. Sed hæc aliam dico. Imperator prima expeditione Buschuth ciuitatem cepit, Danos sibi rebelles petens, ad Schleswigk properauit. Ibi etiam hostes suos foueam, quæ ad defensionem patriæ parata est, & portam, quæ Wieglesdor vocatur, armis præoccupare videns, consilio Bernhardi Ducis, & aui meimet, Henrici Comitis, omnes has munitiones viriliter exuperat. In hoc itinere prima mali irruptionis in clericos exclamatio attollitur, & à malis hominibus hodie seruatur. Admodum miserabile est, cum aliquid boni à iustis inuentum in usu ad modicum habetur, & statim ut nimis detestabile à maxima multitudine repudiatur. Quod Deo autem displicet, & hominem ad promerendam reatus sui pœnam protrahit, hoc dilcit, & ut ruminando firmat. Quæuis verò

uis verò multi irrisiones non seridò faciant, tamen sine peccati macula has nullatenus peragunt. Vrbem vnam in his finibus Cæsar ædificans, præsidio firmat. Bruno Præsul supra memoratus VII. Id. Martij obiit, & Erp, præpositus Bremensis, intercessione Atheldagi Archipræfulis ordinatur. Temporibus his ego natus sum, VIII. Cal. Augusti, mense Iulio, anno verò Dominicæ incarnationis DCCCC. LXXVI. Henricus Dux Bauariorum, honore & communione priuatus, Boiemiam fugit, quem Imperator ibidem valido petens exercitu cum Duce Bolizlao manentem, nil ibi profusus in neutro horù profecit, sed magnam Bauariorum cateruam, sibi ad auxilium huc venientem, & iuxta Pilisini urbem castrametatam, dolo cuiusdam militis Bolizlai sic perdidit. Vespere factò, Bauarij saluantes nulla custodum securitate fruuntur: & ecce hostis loricatus adueniens nudus eosdem in tentoriis & in virentibus pratis occurrentes prostrauit, & cum omni prædala tus & incolumis reuertitur. Imperator autem audita tantorum strage virorum, & quòd nulla sibi via redeundi patuit, re-cto itinere ad ciuitatem suam, quæ Cromena dicitur, venit, & in proximo anno præfatum Ducem ad Patauiam confugientem subegit. Post hæc autem Imperator omnistudio ordinauit expeditionem suam aduersus Lotharium, regem Karolingorù, qui in Aquisgrani palatium & sedem regiam, nostrum semper respicietè dominium, valido exercitu præsumsit inuadere, sibi que, versa aquila, designare. Hæc stat in Orientali parte domus, morisque fuit omnium, hunc locum possidentium, ad suam eam vertere regna. Quem celeriter abeuntem Cæsar insequitur, depopulatis omnibus, & incendio consumptis, vsque ad Parisiam sedem. In illo itinere multis infirmitate nimia compressis, Bruno Comes Harneburgensis, miles per cuncta laudabilis, obiit II. Cal. Decembr. Reuersus inde Imperator triumphali gloria, tantum hostibus incussit terrorem, vt nūquam post talia incipere auderent, reo compensatumque est his, quicquid de decoris prius intulere nostris. Interim Augustanæ pastor Ecclesiæ Othelricus, gemma sacerdotum, primo ordinationis suæ anno excedens à seculo, fructum laboris deuoti Christo remunerante præcepit III. Non. Iulij: Henricus autem huic succedens, paruo tempore sedebat, vt postea enucleabo. Accusatus apud Imperatorem Gero Comes à Waldone, & in loco, qui Sumeringe dicitur, hortatu Adelberti Archipræfulis & Theodorici Marchionis captus, patri meo patruoque firmiter est commissus. Deinde que conuocatis ad Magdeburg cūctis regni Principibus, congressi sunt hi iudicio in insula quadam singulari certamine, vulneratusque in certuicem bis Waldo, ardentius insequitur hostem, percutiensque ictu valido caput, prostrauit eūdem. Interrogatus autem Gero Comes ab eodem, si plus potuisset pugnare, coactus est, quod iam defecisset, profiteri. Waldo tum egressus, aqua refocillatus, depositis armis post tergum mortuus cecidit. Tunc Gero iussus decreto iudicum, & voce Imperatoris, à carnifice quodam decollati III. Id. Augusti. Hæc pugna nulli nisi tantum Archiepiscopo Adelberto & Thiedrico placuit Marchioni: correptusque à Comite Bertoldo, quòd ob tam vilem causam tantus vir nunquam damnari debuisset. Libet paucis exponere Luidulfi Corbeiensis meritum patris, cui multum vigiliis ieiuniisque laboranti, plurima Dominus dignatus est reuelare. Hic in die præfati certaminis cum diluculo missam humiliter & timoratè, vt semper solebat, celebraret, vidit super altare Comitis caput Geronis, finitaque hac, aliam pro defunctis cantauit. Exutisque sacerdotalibus vestimentis, cum silentio exiuit, congregatisque fratribus, obitum eius indicauit, orationemque pro eo fieri communem suppliciter postulauit. Decollatio autem eius in ipso solis occasu fiebat, pro cuius memoria soror eius Tetta & cõiunx eius Athela monasterium in loco, qui Elefleue dicitur, vbi ipse requiescit, conferentes, partem totius suimet hæreditatis tradidere Domino, eiusque præcurtori dilacto, Hoc, priuilegio & imperiali præcepto, ea ratione firmantes, vt Abbatia ibidem liberaliter facta, Imperatoris suorumque potestatem ac tutelam respiceret successorum. Comitis præfati corpus post tres annos cum iuxta illud contractalis sua poneretur, integrum vnà cum vestimentis inuentum est. Imperante tunc prædicto Ottone VI. annos, Lutharius Rex cum filio suimet, ac muneribus magnifi-

Erp, Verden-  
sis Episc.  
Ditmarus E-  
pisc. natus,  
Henricus  
Bauarus.

Pilisna vrbs  
Boiem.

Cromena.

Lotharius  
Rex Carolin-  
gorum.

Bruno Com.  
Harnburg.

S Vdalricus  
& Henricus  
Epis. Augusti.

Geronis Cõ.  
& Waldonis  
monachia.

Otto, Ludol-  
fi V. Dux Ba-  
uarie.

Tetta } Ge-  
soror } ro-  
Athela } vor  
uxor } nis.

Lotharij re-  
gis cum Otto-  
ne congressus.

Adelbertus  
Magdeburg.

Gebickstein.

Adelbertum  
in nomine suo  
diligentia.

Otricus.

Schola fuerit  
monasterio.

Walterus  
Dodico.

Ekkhardus  
Ruffus.

Gisleri frau-  
dulencia.

cis, ad eum venit, & sibi satisfaciens, amicitiam eius firmiter acquisiuit. Et in hoc anno Cæsar noster Italiam pergens, nunquam has regiones, proh dolor, amplius inuisit. Post hæc præfatus antistes Adelbertus, Imperatore iam Romæ commorante, tertio decimo suæ ordinationis anno, suos docendo & confirmando, ac Gisleri præfatus, qui tunc cum Cæsare fuit, diocæsin perlustrans, XIII. Calend. Iulij in Merseburg missam celebravit, proximamque noctem cum Hemuzone laico in Corbetilatus abibat. Cumque Cirmini villam, ad Franckenleue pergere cupiens, præterisset, nitidè à suis sustentaretur, ex equo paulatim declinans in terram cecidisset. Is verò tæpete superpositus, completique omnibus quæ à clericis dicenda erant, fideliter miravit ad Christum, XII. Calend. Iunij. Huius corpus ad Gebickstein delatum, atque sacerdotali apparatu vestitum, nauigio ad Magdeburg vsque deductum est, ab egregio sanctæ Halberstadenis Ecclesiæ Episcopo Hilliwardo, fauente sibi Hardingo, Abbate venerando, in medio Ecclesiæ coram altari Apostolorum Philippi & Iacobi. Quanta sollicitudine idem sibi subditis inuigilaret gregibus, lector attende. Sæpè numero ad ouile sancti Iohannis Baptistæ sanctique Mauritij noctis silentio uenit, duobus tantum comitantibus, qualiterque confratres ad matutinam conuenirent, vel qui in dormitorio remanerent, ex improviso perspexit, & si bene fuit, Domino gratias egit: sin autem, culpabiles digna castigatione redarguit. Sed clerus & populus tanti patris funere turbatus, Otricum confratrem, & tunc Imperatori fideliter seruientem, communiter elegerunt in dominum & Archipræfulem: quamuis hoc nullo modo posse fieri prædictus Archimandrita, dum adhuc uiuere, beneque valeret, multis ex eorum numero publicè prædiceret. Cum enim Episcopus & Otricus nunquam conuenirent moribus, magna consuetudine & hospitium, quia magister fuit scholæ, caterua benè elaborata maluit inde exire, quam in monasterio permanere. Huic Cæsar cum apud Archiepiscopum licentiam sibi famularum, subpetraret, contigit in die resurrectionis sanctæ, Episcopum ad missam paratum, subdiacono, ut mos est, sanctam crucem coram tenente, ambabus eandem complecti manibus, & ut Otricus & ego nunquam sedem possiderent suam, lacrymis postulare profusis. Peracto autem diuino pleniter ministerio, cum idem ad mensam sederet, præfatos nunquam sibi successuros palam cunctis præsentibus innotuit. Qualiter autem sibi hoc fuerit reuelatum, non aperuit, nec unquam mihi aliquis intimare potuit. Post mortem quoque eius Waltero sibi dilecto, qui & Dodico vocabatur, ut ipse mihi puero narrauit, in somnis idem cuncta, quæ in hac re uiuus pronunciauerat, compleritalibus affirmavit. Hic in lecto positus, excessu mentis vidit Archiepiscopum in australi Ecclesiæ ianua, quæ Cæmeterium respicit, stantem, eundemque quasi Romam cum baculo suimet pergere cupientem, his exasperauit verbis: Dodico, ut quid meum alij præbebis honorem? cui respondens is, Nonne, inquit, in tristi meo habitu non voluntatem sed obedientiam solum, senior carissime, uales considerare? Ad hæc Archiepiscopus tunc persequitur, pro certo, dicas, scias, Otricum sedem nunquam possessorum meam. Vniuersus autem clerus & populus, ut suprà memorauimus, completa electione, miserunt Ekkhardum, qui dicebatur Ruffus, cum consortio aliorum fratrum & militum, qui hanc Imperatori nunciarent, & de promissis admonerent. Qui cum Italiæ partes, ubi Cæsar tunc commorabatur, itinere attingerent, Gisleri suffragium, qui apud Imperatorem tunc plurimum valebat, implorantes legationis suæ secretum ei aperiunt. Promissa ab eo est his fidelis intercessio, completurque sibi cunctis proxima in omnibus beneuolentia. Namque ut audita Cæsaris auribus instillauit, pedibus supplex aduoluit, promissa & diu expectata longi laboris præmia postulans: domino hoc consentiente, protinus impetrat. Egressus autem interrogatur à nutritiis, & maxime ab Oterico, qui se fidei suimet firmiter commendauit, si quid in sibi creditis proficeret? quod vix suis necessitatibus in hoc subueniret, respondit. Corruptis deinde pecunia cunctis primatibus, maximeque

que Romanis, quibus cuncta sunt semper venalia, iudicibus, qualiter ad Archiepiscopatum aliqua ratione veniret, primum secreto reuoluit, moxque palam domini Papæ Benedicti septimi, qui sic vocabatur ex numero præcedentium æquiuocorum, obnixè petit auxilium, quod cū totius consilio senatus si posset impendi, ex sua parte sibi paratum foret. Et hic promisit. Positum est Romæ concilium generale, sapientissimi conueniunt, impleturque illa Ieremiæ prophetia: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, &c. Nam cū iudices ab Apostolico interrogarentur, si liceret Gisilerum promoueri ad Archiepiscopatum, quia certum non haberent tunc sedem, sed ab Episcopo iniuste, vt semper sit questus, ablatam Hildebardo, caruisse hætenus quam possideret tunc hoc autoritate Canonica præcipere se iure meritoque, verbis affirmabant, exemplis Dauidica transgredientes monita: Re-ctè iudicate, filij hominum; Et illud: Corruptus iudex nequit discernere verum. Lector, crede mihi, quòd piget atque pudet me his longè inferiorem, hoc verbis exponere, quod hi ob præsentem ac futurum pudorem noluerunt omittere. Merseburg, quæ vsque huc liberaliter dominabatur, Ecclesiæ Halberstadensi, sede Episcopali destructa, subditur, & Gisilerus eiusdem non pastor sed mercenarius ad maiora semper tendens desiderata III. Idus Septembr. percepit, prouerbij non memor illius: Quanto altior gradus, tanto grauior sit casus. Certè si voluisset in cura sibi credita persistere, omnem scrupulum in aliquo sibi vnquam obstantem, Imperatoris auxilio potuisset expellere, magnamque securitatem ac rerum affluentiã cunctarum sibi suisque successoribus efficere. Sed quia Domini iudicia hominibus scilicet occulta, nunquam autem iniusta, non illi solum sed communibus nostrimet imputo peccatis domesticis, quibus quicquid aduersi accidit iuste ascribitur. Otricus verò Beneuentum postea veniens, infirmatur. Confrater meus, nomine Hufwart, vt mihi retulit, vidit assistere sibi Athelken, præpositum quondam nostrum, sed tunc defunctum, annonam sancti Mauritij eminus sibi porrigentem. Expauescens tali visione, idem, cernis, inquit, frater aliquid: & exponens eundem cuncta, Væ mihi, dixit, misero & peccatori, quòd vnquam monasterium meimet & obedientiam ob ambitionem reliqui, & si diuina largitas aliquam mihi concedere dignatur sanitatem, supplex huc venio, nunquam que recedo. Talia persequutus, infirmitate validiori opprimitur, & post paucos dies in præfata ciuitate Nonis Octobris moritur, ac sepelitur: non vllum sapientia atque facundia sibi relinquens similem. Gisilerus autem accepta ab Imperatore licentia, Magdeburg II. Calend. Decemb. Thiedrico, Merseburgensis Ecclesiæ Episcopo, comitante, venit. Fuit hic amicus Cæsaris, & valde ei charus, vnusque ex numero corruptorum, qui mille talenta auri atque argenti pro veritatis obumbratione ab Archiepiscopo percepit. Cui quidam, cū ab eodem iussu Imperatoris ad matutinam ioculariter benediceretur, Satiety te, inquit, Dominus in futuro, quem hîc omnes non possumus auro. Tunc omnia, nostram prius Ecclesiam respicientia, diuisa sunt miserabiliter, Slavonica ritu familiaris, quæ accusata vendando dispergitur. Pars Episcopatus nostri, quæ iacebat inter Salam & Eliftram ac Mildam fluuios & Plisni Vedu\* & Tuchurino pagos cum villis passim & piseinis Friderico Cicensi datur Episcopo. Volcodo autem Misnensis Ecclesiæ antistiti pars illa conceditur cum adpertinentibus villis: Wisseburg & Lostata vna, quæ ad Gutici orientalem pertinet, ac fluuii Caminitz, Albique distinguitur: sibi autem retinuit Gisilerus vndecim vrbes, quarum sunt hæc nomina: Scudici, Cotug, Worzin, Bigni, Ilburg, Dihni, Pue, Luibanici & Gezerisca. Præcepta, quæ munera regalia seu imperialia detinebant, aut igni comburebat, aut Ecclesiæ suæ mutato nomine designari fecit mancipia, & totū quod Merseburg respicere deberet, ne vnquam colligeretur, sponte dispergit, Abbatiam ibi statuit, eidemque Otradum venerabilem de sancto Iohanne Monachum præfecit, postque Heimonomem de eodem monasterio constituit. Sed quæ res destructione hanc subsequeretur, Lector attēde. Gentes quæ suscepta Christianitate regibus & Imperatoribus tributariæ seruiebāt, superbia Thiedrici Ducis aggrauata, p̄sumptione vnanimi arma cōmouerāt, quod patri meo

Romanis cuncta semper venalia.

Corruptus iudex non quibet discernere verum.

Merseburgensis Episcopatus, destructus.

Spectrum.

Theodoricus Episcopus Merseburgensis.

Episcopatus Merseburgensis, dispersus.

Caminitz.

Diplomata Merseburgensis, abolita.

Thiedricus Dux.

*Sigifridus pa-  
ter Ditmari.*

*Slavorum  
defectio.*

*Dodilo Epif.  
refossus.*

*Dedo.  
Hugo Epifc.  
Cicenis.*

*Mistui, Dux  
Obotritus.*

*Tongera fl.*

*Slavorum  
clades.*

*Ottonis II.  
regesta in  
Italia.*

*Otto Dux,  
Ludolfi F.*

Comiti Sigifrido priusquam fieret, sic reuelatum. Vidit in somnis aërem nube densa contractum, & præ admiratione quid hoc esset percunctatus, audiuit vocem talia proferentem: Nunc illud compleri debet vaticinium: Pluit Dominus super iustos & iniustos. Quod etiam III. Calend. Iulij scelus, percusso in Havelberg præsidio, destructaque ibidem Episcopali Cathedra, primum exoritur. Transactis autem trium spaciis dierum, Slavorum conspirata manus Brandeburgensem Episcopatum xxx. annos ante Magdeburgensem constitutum, cum iam prima sonaret, inuasit, fugiente prius tertio antistite eiusdem Volcmere, & defensore eius Thiedrico, ac militibus ipsa die vix euadentibus. Clerus ibidem capitur, & Dodilo eiusdem sedis antistes, qui à suis strangulatus tres annos iacuit sepultus, tunc verò è tumulo eruitur, & integro adhuc eius corpore, ac sacerdotali apparatu, ab avaris canibus prædatur, & iterum temere reponitur: omnis Ecclesiæ thesaurus distrahitur, & sanguis multorum miserabiliter effunditur. Vice Christi & piscatoris eiusdem venerabilis Petri varia Læmoniacæ hæresis cultura deinceps veneratur, & flebilis hæc mutatio non solum à gentilibus, verum etiam à Christianis extollitur. Temporibus his Ecclesia Cicensis à Boiemorum exercitu Dedi Duce capta est, & deprædata, Hugone primo, tunc Episcopo, hinc effugato. Posteaque monasterium sancti Laurentij martyris in vrbe, quæ Calue dicitur, situm desolantes, nostros sicuti fugaces ceruos insequébantur. Nostra etenim facinora nobis formidinem & his suggerebant validam mentem. Mistui, Abditorum Dux, Homanburg, vbi sedes Episcopalis quondam fuit, incendit atque vastauit. Quid verò ibi mirabilem Christus operaretur è cælis, attendat religio totius Christianitatis. Venit de supernis sedibus dextera in medium collapsa incendium expansis digitis, & plena cunctis videntibus rediit. Hoc admiratur exercitus, hoc stupet Mistui, timoratus, & id mihi indicauit Auico, Capellanus tunc eius, & spiritualis frater meus postea effectus. Sed ego cum eodem sic tractaui, reliquias sanctorum itinere in cælum diuinitus collatas abisse, hostesque terruisse atque fuisse, desolatis tunc omnibus prædæ & incendio vrbebibus ac villis, vsque ad aquam, quæ Tongera vocatur. Conuenerunt è Slauis peditum ac equitum plus quam triginta legiones, quæ sine aliqua læsione, residua quæque, suorum auxilio deorum tunc deuastare non dubitarent, tubicinibus præcedentibus. Non latuit hoc nostros. Conueniunt Episcopi Gisilerus & Hillibardus cum Marchione Thiedrico, cæterisque Comitibus, Redago, Hudone & Binizone, Friderico, Dudone ac patre meo Sigifrido, aliisque compluribus, qui vt dies Sabbathi primò illuxit, Missam omnines audiunt, corpus animamque cælesti sacramento muniunt, hostesque obuios fiducialiter irrumptentes, paucis in vnum collem effugientibus, prosterunt. Laudatur à victoribus in cunctis Dominus mirabilis operibus, approbaturque veridicus Pauli doctoris sermo: Non est prudentia, neque fortitudo, nec consilium aduersus Dominum. Derelicti sumus, qui prius Dominum spernere præsumperunt, idolaque manu facta & prorsus inania, creatori suo stulti præposuerunt. Appropinquant tunc nocte, nostrisque à longè castrametantibus, hi quos supra memorauimus, furim præ dolore euaserunt. Omnes autem nostri exceptis tribus craftino gaudentes remeabant, applaudentibus cunctis, quos obuiam habuere, vel domi inuenere. Interim Cæsar Romanum sic regebat Imperium, vt quod patrem suum prius respiciebat, omne detineret, & Sarracenis sua impugnantibus viriliter resisteret, & à finibus suis longè hos effugaret. Calabriam à crebra Græcorum incurfione, & Sarracenorum deprædatione, magnam iniuriam perpeti, Cæsar comperiens, ad supplementum exercitus sui Bauarios ac fortes in armis Alemannos euocauit. Ipse autem cum Ottone Duce, fratris filio Luidulfi, ad vrbem Tarentum, quam Danai iam præsidio munitam obtinuerunt, festinauit, eamque viriliter in paruo tempore oppugnatam deuicit. Sarracenos quoque, valido exercitu sua populantes, superare contendens cautos illò speculatores misit, quos certa de hostibus referrent. Quos primò infra vrbe quandam clausos effugauit deuictos, postque eosdem in campo ordinatos, fortiter innumeram ex his multitudinem strauit, prorsusque hos sperauit esse superatos. Sed hi ex improviso collecti, ad nostros vnanimiter pergunt, & paululum resistentes pro-

prosterunt, pro dolor, III. Idus Iulij, Richarium lanciferum & Vdonem Ducem, *Clades Ottonis II. Sarracenicæ, & sua.*  
 matris meæ auunculum, Comitesque Ditmarum, Becelinum, Geuehardum, Guntherum, Ecelinum eiusque fratrem Becelinum cum Burchardo & Dedi ac Cōrado, *Calonymus Iudæus.*  
 cæterisque ineffabilibus, quorum nomina dominus sciat. Imperator autem cum Otone præfato cæterisque effugiens ad mare venit, vidensque à longè nauim, Salandriam nomine, Calonymi Iudæi equo ad eam properauit. Sed ea præteriens suscipere hunc recusauit. Ille autem littoris præsidia petens inuenit adhuc Iudæum stantem, *Henricus Zolunta Slauum.*  
 seniorisque dilecti euentum sollicitè expectantem. Cumque hostes aduentare conspiceret, quid vnquam fieret de se, tristis, hunc interrogans, & habere se amicum apud eos, cuius auxilium speraret, animaduertens, iterum equo comite in mare profiliens, ad alteram, quæ sequebatur, tendit Salandriam, & ab Henrico solum milite, qui Slauonicè Zolunta vocatur, agnitus, intromittitur, & in lecto senioris eiusdem nauis positus, tandem ab ipso etiam cognitus, si Imperator esset interrogatur. Qui cum hoc diu dissimulare studisset, tandem confessus: Ego sum, inquit, qui, peccatis meis id promerentibus, ad hanc veni miseriam: Sed quid vobis sit modò communiter faciendum, diligenter accipite. Optimos ex meo nunc perdidisti miser imperio, & propter hunc doloris stimulum neque terras has intrare, nec horum amicos vnquã possum vel cupio videre. Eamus tantum ad urbem Rossan, vbi mea coniunx meum præstolatur aduentum, omnemque pecuniam, quam teneo ineffabilem, cum eadem sumentes, visitemus Imperatorem vestrum, fratrem scilicet meum, certum, vt spero, *Ottonis II. astus.*  
 meis necessitatibus amicam. His dulcibus alloquiis prouisor nauis delectatus, confensit, & per dies ac per noctes ad condictum pertingere locum properauit. Quo cū prætaret, binomius ille iussu Imperatoris præmissus, Imperatricè, & qui cū ea erat, Thiedricum præfulem supra memoratū, cū somariis plurimis, quasi pecunia sarcinatis, vocauit. Græci autem primo, vt Imperatricem cum tantis de vrbe præfata muneribus exire viderunt, anchoram ponentes, Thiedricum Antistitem cum paucis intromittunt. Sed Imperator rogatu præfulis vitia proponens vestimenta, & induens meliora, viribus suis & arte natandi confusus, vt stetit in prora, mare velociter insuluit. *Salandria nauis descriptio.*  
 Quem cū quidam ex circumstantibus Græcis apprehensa veste detinere præsumeret, perfoctus gladio Luipponis, egregij militis, retrorsum cecidit. Fugerunt hi in alteram partem nauis, nostrj autem quibus huc veniebant puppibus, incolumes Cæsarem sequebatur, eos littoris securitate præstolantem, præmiaque promissa magnis muneribus Danais implere cupientem. Hi verò multum perterriti, promissionibusque diffidentes, abierunt, patrios repetentes fines, quique dolo omnes semper vicebant nationes, simili se tunc delusos arte sentiebant. Quanta autem læticia à præsentibus posteaque venientibus Imperator susceptus sit, explicare non valeo. Sed vt in omnibus, Lector carissime, certus efficiaris, Salandria quid sit, vel cur ad has peruenerit oras, breuiter intimabo. Hæc est, vt præfatus sum, nauis miræ longitudinis & claritatis, & vitroque latere duos tenens remorum ordines, ac centum ac quinquaginta *Calabria vtrique Imperio tributaria.*  
 nauas. Duabus hoc vnum erat nomen nauibus, quæ iussu Basilij Calabriam petierunt, colligendi gratia tributj: Quæ licet Romano specialiter seruiat imperio, tamen ne aliquam à Græcis patiantur molestiam, auri debitum quotannis voluntariè persoluit Constantinopolitanis. Imperator autem has venientes, inextinguibilemque ab omni re præter acetum ferentes ignem, sibi coniunxit, & in mare ad comburendas Sarracenorum naues cōductas direxit. Quarum vna, sicut prædixi, suscipere deuidctum eundem recusauit, seu ob ignorantiam sui, seu ob metum subsequenti inimici. Altera autem, quæ hunc instinctu Henrici suscepit, velut præfatus sum, inuita reddidit. Paululum mihi nunc deuianti mens est, incepta perficere. Omnes nostri Principes comperta tam miserabili fama, conueniunt dolentes, & vt eum sibi liceret *Conuentus Imperij Verona. Bernhards Dux.*  
 videre, per epistolæ portitorem vnanimi supplicatione poscebant. Quorum legationem Cæsar vt audiuit, desideranti animo consensit. Indicitur in Berna ciuitate conuentus, & omnis huc conuocatur principatus, necessaria vt hic præstarentur multa: Solus Dux Bernhardus in media reuertitur via: namque vna ex urbibus suis, quam Imperator contra Danos opere ac præsidio firmavit, dolo ab his denuò capta, cæsis defensoribus eiusdem, incensa est.

Henricus mi-  
nor Dux Ba-  
varia.

Mors et se-  
pultura Otto-  
ni II.

Ketil sylua.  
Otto III. in-  
iunctus.

Henricus Dux  
et vinculus da-  
missus.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCC. LXXXIII. Imperator Veronæ placitum habuit, & Henricus minor exilio solutus, Dux Bauariorum, & in hoc anno Slavi unanimiter restiterunt Cæsari & Thiedrico Marchioni: & filius Imperatoris ab omnibus in dominum eligitur. Post paucos dies discedebant, vltimum valedicētes: namque Imperator cum Romam veniret, relicta matre sua venerabili in Papiæ ciuitate, grauiter infirmatus, vt extrema presensit adesse, omnem suimet pecuniam partes diuisit in quatuor, vnam Ecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectæ suimet sorori Mechtildæ, quæ Abbatia in Quidilingeburg deuota Christo famula obrinuit, quartam suis tristibus donauit ministris ac militibus, factaque lacialiter confessione coram Apostolico, cæterisque coepiscopis atque presbyteris, acceptaque ab eis optata remissione, vii. Id. Decembr. ex hac luce subtractus est, terræque commendatus, vbi introitus orientalis Paradisi domus sancti Petri cunctis patet fidelibus, & imago Domitica honorabiliter formata venientes quosque stans benedicit. Equidem sortis memor humanæ, multumque indigens indulgentiæ, cæli terræque Deum & Dominum supplex efflagito, vt quicquid hic in mea vnquam peccauerit Ecclesia, clemens remittat, pro beneficiis autem centuplum largiatur, potestateque immerito mihi concessa indulgeo, te obnixè successorem postulans, vt huic veniam, nemini in vltimis denegandam, semper ex corde tribuas. Huius inclyta proles, nata sibi in sylua, quæ Ketil vocatur, in die proximi natalis Domini, ab Iohanne Archiepiscopo Rauenate, & à Willigiso Magociacense, in regem consecratur Aquisgrani, & completo hoc officio, mox legatus tristi nuntio tanta perturbans gaudia aduenit. Mout multorum corda ineffabilis dolor, virtus sublata queritur, quam sapissimè incolumem homo fragilis & dubius persequitur. Sedit hic bis quinos solares annos post obitum patris sui regni tutor & imperij, hostibus cunctis horrendus, commissisque gregibus inexpugnabilis murus. Nutat anxia in tantis rebus populi sententia, quam citò firmavit diuinæ maiestatis miseratio. Soluitur à Traiectensi custodia Dux Henricus, & ab eo Rex tenellus, ad atriendum siue ad degradandum à Warino Coloniensi Archiepiscopo, cuius firmæ fidei ab Imperatore prædicto is commissus fuit, assumitur. Obseram modò tertij seriem voluminis duro veste necis deflenda tertij Imperatoris nostri, & certitudinem pietatis almæ, qua omnem exclusit ambiguitatem, stylo lætus aperire conabor.

CHRO-



# CHRONICI DITMARI, <sup>35</sup>

## EPISCOPI MERSEPV RGII, LIB. III.



N<sup>o</sup> Dominicæ incarnationis DCCCC. LXXXIII. Domina Imperatrix Theophano, tertij mater Ottonis, & proh dolor in hoc ordine vltimi nouitate vulneris, & vnici absentia filij perculsa, ad Adelheidem Imperatricem Papiam ciuitatem veniens, magno suscipitur luctu, caritati uoque lenitur solatio. Præfatus verò Dux cum Poppone venerabili Episcopo, sub cuius potestate diu tenebatur, & cum Ekberto Comite vnioculo, Agrippinam veniens,

Theophania  
Augusta.

Henricus Dux  
Ottonis III.  
tutelam sibi  
vendicat.

10 regem patronus legalis de Warino, vt prædixi, Archipræsule suscepit, eiusdemque auxilium cum omnibus, quos ad sui gratiam cõuertere poterat, firmiter est adeptus. Dispositis autem, vt sibi placuit, cunctis Dux ad Corbeiam cum eis venit, ibiq; Thiedricum & Esiconem Comites ac confratres nudis pedibus veniam postulantes dedignatur suscipere. Quod hi ægrè ferentes abierunt, cognatos suimet amicos à Ducis ministerio toto mentis nisu amouere studentes: Qui cum palmarum solennia in Magdeburg celebrare voluisset, omnes regionis illius Principes huc conuenire rogauit, atque præcepit, tractans quomodo se suæ potestati subderent, regni que eum fastigio subleuarent. Hinc consilio maxima pars procerum hoc dolo cõsensit, quòd  
20 licentiam à domino suimet rege, cui iurauerat prius, peteret, postq; securam nouo regi seruiret. Quidam autè, ob eius indignationem digressi, occultis meditantur astutiis, qualiter hoc nunquam fieret. Inde egressus Hèricus proximum pascha Quidilingeburg festiuis peregit gaudiis. Quo magnus regni primatus colligitur, à quibusdã venire illò nolentibus, ad omnia diligenter inquirenda nuntius mittitur. Hac in festiuitate idè à suis publicè rex appellatur, laudib; diuinis attollitur. Huc Miseco & Mistui & Bolislaus Duces cum cæteris ineffabilibus confluebant, auxilium sibi deinceps vt regi & domino cum iuramentis affirmantes. Multi ex his fidem violare ob timorem Domini non præsumentes paululum euaserunt, & ad ciuitatem Hesseburg, quò cõsocio eorum aduersus Ducem iam palàm conspirantes conueniebant, festinauere:  
30 Quorum hæc sunt nomina. Ex oriente hi Comites cum Bernhardo Duce & Thiedrico Marchione, Ekkihard, Bio, Esico, Bernwardo Comes & clericus, Siffith, eiusque filius Fridericus & Ciazò confratres. Conprovincialium autem Thiedricus & Sibert, confratres, Hoico, Ekkihard & Bezico, germani, Brunig & sui, milites que sancti Martini iussu Archipræsulis Willigisi, quibus adhærebat occidentalium maxima multitudo. Quod Dux comperiens, suos magnis muneribus ditatos cum gratia dimisit, ipse autem cum valida manu ad perturbandam hanc coniurationem, seu pacificandam, ad Werlu properans, Popponem misit Episcopum, vt aduersantes sibi disungeret, vel reconciliare tentaret. Qui cū cepto itinere persisteret, hostes cõgregatos, iamque Ducem petere paratos, inueniès, vix pacem mutuam, in loco qui Sen  
40 sun dicitur, ad conditum pepigit diem: ad quem Dux in Bauariam continuo proficiscens cum venire aut noluisset, aut propter Henricum Ducem, qui tunc Bauariis atque Carentis præfuit, munere præfati Imperatoris, non potuisset, hostilis immanitas urbem Comitis Ekberti, quæ Ala dicitur, possedit, destructisque protinus muris intrâtes ad Adelheidem, Imperatoris filiam, quæ hic nutriebatur, cū pecuniâ ibi plurimū collecta rapiūt, gaudentesq; redeūt. Dux aut cõuersus ad se, omnib; Bauariorū Episcopis, Comitibusq; nonnullis, Francorum terminos, his fretus sociis, adiit, & in pascuis, ad Wefenstat pertinentibus, ad alloquēdos regionis illius Principes cõsedit. Magontinæ tunc prouisor Ecclesiæ Willigisus, cum Duce Conrado cæterisque oprimatibus hoc venit. Hos Dux quibuscunque valuit modis sibi coniungere tētans, eosque à promissa regi suo cum sacramentis fide nunquam vita comite recessuros vnanimi eorum responsione percipiens, coactus est futuri timore duelli cum iuramentis affirmare, vt i. i. Cal. Iulij ad locum, qui Rara vocatur, veniret, puerumque matri suæ, illisque, redderet. Tunc vnusquisque remeavit ad sua, mente diuersa præ gaudio atque tristitia. Post hæc Henricus Bozlauum, Ducem Boiemorum, in cunctis suimet necessitatibus semper paratum, cum suis adiit, honorificeque ab eo susceptus, cum exercitu eiusdè à finib; suis per Niseni & Deleminci pagos vsq; ad Mogelini ducitur.

Henricus im-  
perij ambit.

Miseco Polo-  
nia.  
Mistui Obo-  
tritu. Boles-  
laus.

Conspiratio  
in Henricum.

Hèricus Dux  
Bavaria.

Ala.  
Adelheidis.

Wefenstat.  
Conradus  
Dux.

Boleslaus,  
Dux Boiem.  
Dalemincia.  
Mogelina.



Rigdagus  
Marchio Mis-  
nensis.

Mysna à Bo-  
iemis occupa-  
ta.

Volcoidus  
Episc. Mysn.  
Willigijus.

Eccardus Mar-  
chio, Rigdagi  
successor.

Volcoidi E-  
pisc. mors.

Eid, successor  
Volcoidi.

Wilhelmus,  
Comes Vira-  
viensis.

Pacis condi-  
ones Henrico  
Duci proposi-  
ta.

Gisela Henri-  
ci uxor.

Henricus pa-  
cem admittit.

Hoico Otto-  
nus III. Ma-  
gister.

Henricus Mi-  
nor cognomi-  
natus.

Conradus &  
Bernhardus  
Duces.  
Boleslaus,  
Mifeco Polo-  
nus, Ottonis  
III. clientis.

Deindeque cum nostris obuiam sibi perguntibus ad Medeburum proficiscitur. Wa-  
gio verò miles Bolislai, Ducis Boiemorum, qui Héricum cū exercitu comitabatur,  
cū ad Misni redeundo perueniret, cum habitatoribus eiusdē pauca loquutus, Fri-  
dericum, Rigdagi Marchionis, tunc in Merseburg commorantis, amicum, & satelli-  
tem, ad Ecclesiam extra urbem positam venire, ac cum eo loqui, per internuntium  
postulat. Hic ut egreditur, porta post eum clauditur, & Rigdagus eiusdem ciuitatis  
custos & inclytus miles iuxta fluuium, qui Tribisa dicitur, ab his dolose occiditur.  
Urbe autem prædicta Bolizlavi mox præsidio munita, eundem citò dominum &  
habitatore[m] suscepit. A quo Volcoidus antistes vulgi instinctu varij expellitur, &  
ad Willigisum Archiantistitem veniens, benignè ab eodem suscipitur. Hunc enim  
pro filio Episcopus nutriit, & cū ad e[os] ordinaretur regiones, secūdo Ottoni  
magisterio præfuit, diligenter vice sui habendum commēdauit. Hoc semper iste in  
animo tenuit ac maximo honore cognouit, & tunc ad primè, cū sibi fuit necesse: &  
in Esfordia, quo ipse desiderauit, procurari eundem summopere iubet. Ibi diu con-  
uerlatus, post mortem Rigdagi Marchionis inclyto Ekkihardo succedente, & Boliz-  
lauo ad propria remeante, sedem propriam reuifit: posteaque Bolizlavi amicitiam  
firmiter acquirens, cū in Praga cœnam domini celebraret, posteraque die, quæ est  
Parasceue, cū memoriam, diuinæ passionis ritè perageret, paralyfi percussus, aspor-  
tatur, & in hac infirmitate vsque ad finem huius vitæ, quāuis ad tempus conualefce-  
ret, permanfit. Sedebat xxiii. annos. x. Cal. Sept. ex huius carnis ergastulo eductus.  
In huius vice Eid, nostræ congregationis frater, vir iustus & magnæ simplicitatis, or-  
dinatur, hortatu Gisleri Archipræsulis, de cuius inclyta conuersatione multa ad ex-  
dificationem nostram verba, cū tempus fuerit, narrabo, nunc inceptis persistens.  
Interim fautores regis Wilhelmum Comitē. Duci nimis familiarē, in Wimari possi-  
dentes, comperto eiusdē aduentu, illò festinant, ac iuxta villam, quæ Iteri dicitur,  
conuenientes castrametati sunt, crastino contra eum bellaturi. Quod cū Ducem  
protinus non lateret, Gislerum huc misit Archiepiscopum, qui voluntatem eorum  
perquireret, pacemque si potuisset vlla fieri ratione, firmaret. Hic cū senioribus  
congregatis suæ legationis aperiret secretum, dictum est ab his, si regem suum & do-  
minum reddere, nilque de rebus suis præter Merseburg, Walbizi & Frasum ad supra  
membratum diem sibi detinere voluisset, idque sacramentis credibilibus approba-  
ret, quòd tunc cum securitate eorum ex parte consolidata huic abire liceret: Sin au-  
tem, quòd eundi redeundique nullus viuo patesceret locus. Quid plura? quic-  
quid exposcunt, crastino impetrant, cumque ad Merseburg, vbi ductrix Gisla  
longo tristis sedebat abcessu, hi discedentes ire permittūt. Is verò cum fidelibus suis  
singula quæque discutiens, seque ob Domini timorem, patriæque salutem, à propo-  
sito recessurum suo veraciter indicans, grates auxiliij sui met & bonæ voluntatis con-  
dignas refert, & ut cum illo ad conditum pergerent diem, omnes caritative postu-  
bat. Vtū ad Rara ab imperatricibus, in Papia humiliter diuinam consolationem  
huc vsque præstolantibus, & ab vniuersis imperij ac regni Principibus, fidelisq; pro-  
missio Ducis completur, data cunctis, qui ad regnum pertinebant, gratia sui, ab eun-  
dique licentia. Stella à Domino prædestinati Rectoris media die cernentibus vni-  
uersis clara refulsit. Fit vnus laicorum atque clericorum in Christi laude concentus,  
ac prius repugnantium supplex affectus, conuenitque in vnum dissona turba domi-  
num. Rex à suimet matre auiaque diligenter susceptus, Hoiconis magisterio Comi-  
tis commissus est. Inter Regem & Ducem pax firmatur vsque ad supra memorata  
Wesentat prata, vtrisque sua petentibus. Conuenientibus autem his, malorum in-  
stinctu in malo discesserunt, sicque multum temporis stetit interuallum. Oritur au-  
tem inter hunc & præfatum Henricum, qui minor dicebatur, magna seditio, qua  
Herimanni Comitis consilio post modum finita, regis gratiam in Franconfordi, &  
ducatum dedititius promeruit. Celebrata proxima Paschalis sollemnitas in Quidilin-  
geburg à rege, vbi quatuor ministrabant Duces, Henricus ad mensam, Conradus ad  
secam, Hecil ad cellarium, Bernhardus equis præfuit. Hic etiam Bolizlaus & Mi-  
feco cum suis conueniunt. Omnibus ritè peractis, muneribus locuplerati discesse-  
runt. In diebus illis Mifeco semet ipsum regi dedit, & cum muneribus aliis came-  
lum ei

lum ei præsentavit, & duas expeditiones cum eo fecit. In primo anno regni eius Antistes Hillinessemensis Aduinus, Cal. Decembr. obiit, & Osdasus, eiusdem monasterij præpositus, successit. Quo sedente quinque annos, & tunc expirante, Gerdagus tunc cellarius ordinatur. Et cum ille tertio ordinationis suæ anno Romam causa orationis petens, reuerteretur VII. Id. Decembr. obiit, & corpus eiusdem per singula diuisum membra in seriniis duobus ad monasterium suimet à consociis lugubriter delatum est. Hos antistites duos Gisilerus Archipræsul casu ibidem adueniens terræ cōmendauit. Tunc Bernhardus magister regis, facta electione, cōsecratur. Multis bellorum asperitatibus Slauos laceflere Rex non desistit. Orientales quoque aduersus se præsumentes insurgere, deuicit. De occidentali parte, quàm plures arma sapius commouentes, multosque deprædantes, vi & arte is superare contendit. Pueritiam non est opus numerare, longumque uidetur, quæ pro prudentibus is effecit & consiliatoribus, enarrare. Cometa apprensus damna in pestilentiis subsequutura indixit. Imperator iam factus vir, ut ait Apostolus, uacuauit quæ erant paruuli, semperq; Merseburgensis destructione Ecclesiæ deflens, quomodo hæc reuocaretur, sedula mentis intentione uolebat, & quàm diu in corpore vixit, hoc votum perficere studuit monitis piæ matris. Quæ talia, ut mihi meimet Suith\* post retulit, sicut ab ipsa percepit, in somnis vidit. Apparuit ei intē pestē noctis silentio sanctus Christi athleta Laurentius, dextero mutilatus brachio: cur, inquires, quis sim, non interrogas: & illa, non audeo, inquit, domine mi. Ille autem persequitur: Ego sum dicens, & nomen innotuit. Quid in me modò ipsa consideras: Tuus effecit senior, eius persuasus seductus, cuius culpa electorum Christi magna multitudo discordat. Post hæc nati suimet commisit fidei, seu uiuente Gisilero, seu moriente fieri potuisset, redintegrato Episcopatu, patris sui animam in nouissimo die ad eternam requiem renouaret. Hęc quamuis sexti regnumque filij eius custodia seruabat virili, demulcens in omnibus pios, terrensq; ac superans erectos. De fructi ventris sui decimas domino obtulit filias suas, ad Quidilungeburg Adelheidam nomine, alteram ad Gandersheim, quæ Sophia dicitur. Eo tempore Miseco & Bolitzlaus inter se dissonantes, multum sibi inuicem nocuerunt. Bolislaus Luiticios, suis parentibus & sibi semper fideles, in auxilium suum vocati Miseco autē prædicto Imperatricis adiutorium postulat. Quæ cum tunc in Magdeburg fuisset, Gisilerum, eiusdem Archiepiscopum, Comitesq; hos, Ekkihardum & Esiconem, Binizonem cum patre meo & eius æquiuoco Brunone, Deudone, cæterisque compluribus eò misit. Qui proficiscentes vix cum quatuor legionibus ad pagum Selpuli dictum venerūt, ac iuxta vnam paludem, supra quam pons longus porrigitur, confederunt, & ecce in noctis silentio vnus ex sociis Willonis, qui pridie ad perspiciendum suimet prædium præcedens, à Bohemis captus, euadens periculum imminens, Binizoni primo indixit Comiti. Tunc nostri eius admonitione celeriter surgentes, se præparant, & in ipso iam veniente auroræ crepusculo missam audiunt, quidam stando, & alij super equos sedēdo, & in ortu solis exeunt è castris, solliciti de euentu futuri certaminis. Tunc Bolizlaus cum suis venit turmatim III. Id. Iulij, & vtrinque nuntij mittuntur, & ex parte Bolizlai quidā miles, Flopan nomine, ad perspiciendū agmen nostrorum accessit, & reuersus inde interrogatur à domino, qualis esset exercitus hic, si cum eodē potuisset pugnare an non. Hortabantur enim hunc satellites sui, ut nullū de nostris viuum sineret abire. A quo sic ei redictum: Exercitus hic quantitate paruus, qualitate sua optimus, & omnis est ferreus, pugnare cum eo tibi potis est: sed si tibi hodie victoria euenit, sic prosterneis, ut fugēdo Misecōnem inimicum, tunc continuo persequentem, vix aut nequaquam euadas, & Saxones tibi hostes in perpetuum acquiras: si autem victus fueris, finis est de temetiplo & de omni regno ad te pertinenti: non enim remanet spes vlla resistendi inimico te vndiq; secus vallanti. Talibus alloquiis furor illius sedatur, & pace facta, Principes nostros alloquitur, ut qui contra eum huc venient, cum eo ad Misecōnem pergere, & in restituendis suimet rebus se apud Misecōnem adiutare voluissent. Hoc laudabāt nostri, & Gisilerus Archipræsul cū Ekkihardo, Esicone ac Binizone Comitibus proficiscatur cum eo, cæteris omnibus domum cum pace reuertentibus. Aduesperascente

Aduinus, Osdasus, Gerdagus, Bernhardus, Episc. Hillinesheim.

Ottonis III. bella & prudentia.

Cometa.

Theophania laus.

Gandersheim. Bella Boleslai & Misecōnis.

Auxilia Augustas.

Flopan, miles Boleslai prudens.

Pax cum Boleslao imita.

*Boleslas per-  
fidus.*

*Luitici, Savo-  
num hostes.*

*Boleslaus fide  
prestare sus-  
det.*

*Occidentalis  
mores.*

*Crispini scri-  
nia lippi.*

*Cause defe-  
ctus solis.*

*Theophania  
Aug. mors.*

*Adelheidis  
Aug.*

*Bene nata or-  
nare virtuti-  
bus.  
Sigefridus,  
Ditmari pa-  
ter.*

ia die, his omnibus arma sumuntur, & mox cum iuramento firmatis redduntur. Venit Bolizlausus cum nostris ad Oderam, ad Mesiconem nuntius mittitur, qui diceret, se in potestate sua auxiliares suos habere, si regnum sibi ablatum redderet, hos incolumes abire permetteret; sin autem, omnes perderet. Sed Miseco his talibus respondit: si voluisset Rex, suos acquireret saluos, aut vlcisci perditos faceret, & si hoc non fieret, quod propter eos nil omnino perdere voluisset. Hoc Bolizlausus vt accepit, saluis omnibus nostris, quæcunque potuit, ex locis circumiacentibus prædatur, ac incendit. Inde reuersus urbem vnam \* nomine possedit, & hanc cum domino eius, vrbanis nil repugnantibus, acquisiuit, eundemque Luiticis ad decollandum dedit. Nec mora hæc hostia ante urbem offertur, & de reuersione ab omnibus tractatur. Tunc Bolizlausus sciens nostros ex parte Luiticorum incolumes non posse domum sine eo peruenire, crastino dimisit eos crepusculo, vt admoniti fuerant, multum properantes: Quod vt prædicti hostes compererunt, none sequi maxima electorum multitudinem mox nitentur. Quos Bolizlausus vix comperit talibus: Vos qui in meum huc venistis auxilium, videte vt hoc perficiatis bonum, quod incepistis, pro certo scientes, quod hos, quos in fidem suscepi meam, & in bona pace dimisi, vita superstitite mea, nullum hodie patior perpeti malum. Non est nobis honor, nec consilium, hæcenus amicos familiares nos nunc efficere manifestos hostes. Scio magnam inter vos esse inimicitiam, & hanc vlcisci, euenit vobis tempora his multo aptiora. His sedati eloquiis Luitici, duos ab eo ibidem dies detenti, & tunc inuicem salutantes, antiquumque fœdus renouantes, discesserunt, & tunc illi infideles, qui nostros insequerentur, quia pauci erant, ducentos milites elegerunt: Quod nostris mox a quodam Hudonis Comititis satellite intimatum. Vnde in ipsa accelerantes hora, domino gratias, ad Magdeburg incolumes peruenierunt, hostibus se in vanum sic laborantibus. Id vt primitus audiuit, prosperitati eorum arrisit Imperatrix. Sed quia de optima eius cõuersatione parum mihi ad noticiam venit, ideo superius strictim de immensa eius nobilitate explicui. Hæc occidentales tunc inhabitabat regiones, quæ hoc nomine merito dicuntur, quia ibidem sol & omnis æquitas cum obediẽtia & charitate mutua in occasum se vergit. Nox nil aliud est nisi vmbra terræ, & hoc totum quod indigenæ isti operantur, nil nisi peccatum. Hic prædicatores sancti in vanum laborant, hic reges & ceteri Principes modicum valent. Pædones & iusti persecutores dominantur. Multa sanctorum corpora in partibus his requiescunt: sed habitatores hos, vt video, spernunt præuaricantes. Sed ne quis me Crispini discipulum lippi esse arbitretur, de his sileo: Quia ob inlicitas coniunctiones, aliasque ineffabiles versutias, hos prope interitum esse non dubito. Innumeras antistitum excommunicationes spreuerunt, & propter hoc stare diu non poterunt. Hoc tantum vnâ mecum quaeso Christi fideles orate, vt hi mutantur in melius, & ad nos nunquam veniat talis vltus. Nunc autem de sine Imperatricis prædictæ loquutus, quæ hunc præcesserint signa, narrabo. Anno Domini ccc. lxxxii. sol defecit xii. Cal. Nouemb. v. diei hora. Sed cunctis persuadeo Christicolis, vt veraciter credant, hoc non aliqua malarum incarnatione mulierum, vel esu, fieri, vel huic aliquo modo seculariter adiuuari posse, sed sicut Macrobius testatur, cæterique sapientes fieri asserunt, est id de luna. Insequenti anno consummato in bonis vitæ suimet cursu in Numagen Theophano infirmatur Imperatrix, atque ab hac vita xvii. Cal. Iulij discedit, sepulta ab Evergero, sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo, in monasterio sancti Pantaleonis, quod datis impensis Bruno Archipræsul ibi requiescens construi præcepit, præsentem filio, ac multa pro remedio matris his confratribus largiente. Quod cum in clyta Imperatrix Adelheidis comperiret, tristis protinus effecta, regem tunc vii. annos regnantem visitando consolatur, ac vice matris secum tam diu habuit, quoad ipse proterorum cõsilio iuuenem deprauatus tristem illam dimisit. Huic bene nata virtutibus ornanti pater meus Comes Sigefridus domi militiq; fideliter seruiuit, & in expeditione ad Brandeburg, qua vltimò militauit, ab equo cadens, valido corporis dolore fatigari cepit. Sensit in super octauum sibi adesse annum, sic ei in somnis præsignatum. Dormiens namque in Colonia, his suscitatur denuo verbis, Sigefride, vigila, & ab isto die post octo annorum curricula vitam te hanc finire præsentem, pro certo scias. Hunc præ-  
finium

finitum diem vigilantem semper animo praevidit, ac quibuscunque virtutum fructibus  
 valuit, praecipere non desistit. Me autem in Quidilingeburg apud suam matertem,  
 Emnildam nomine, collocavit; qua paralyti longo tempore laborante, primo  
 litteris bene adhuc instructum sumus, & Rigdago Abbati 11. de sancto Iohanne in  
 Magdeburg commendavit. Ibi tres annos ego conversatus, in omnium festiuitate  
 sanctorum ad sanctum Mauritium, quia ad altare hoc me dare non potuit, fraterni-  
 tatis consortio ab eo iunctus sum. Proximaque sancti Andree natali magnum & val-  
 de cunctis acceptabile conuiuium duos dies peractum est. Inde egressus, & immi-  
 nente quadragesima in ciuitate, Wallibizi dicta, infirmatus, Idibus Martij defensor pa-  
 triae, ac homo verus, vtriusque debitum persoluit naturae. Quem mater sua venera-  
 bilis omni probitate, Mechtildis, celeriter hunc prosecutura, cum coniuge Cunc-  
 gunda deflet. Namque tanto orbata solatio, cum immenso mœrore diem expecta-  
 ret extremum, in eodem anno tertio Nonas Decembris fideliter migravit ad Chri-  
 stum. Patruus autem meus, nomine Lotharius, cui æqualiter nobiscum hæc hære-  
 ditas contigit, matri meae antiquum renouas dolorem, multa intulit mala, & quam-  
 uis hæc firmæ sui met fidei à matre sua sibi fuerit commissa, tamen omnibus eiusdem  
 bonis eam priuare contendit. Quid multis moror? Imperatoris auxilio cuncta ei re-  
 stituuntur. Interea Atheldagus Archiepiscopus Bremensis obiit, & Liewizo succes-  
 sit, qui Papam Benedictum, exulem, à patria suimet, quæ sita in confinio Alpium &  
 Sueuorum, huc sequutus, erga dominum & regem fide ad hunc honorem prome-  
 ruit venire. Slaui iterum appetiti subduntur regi, renouatis iuxta Albim castellis, &  
 in hyeme aqua inundans, & ventus ingens, multum nocuit. Æstas nimia frugibus, &  
 sua mortalitas hominibus nimis nocuit. Anno Dominicæ incarnationis DCCC.  
 XII. Hillibardus sanctæ Halberstadenfis Ecclesiæ venerabilis antistes, qui me bap-  
 tizauit atque confirmavit, templum Domini, quod ipse à fundamento ædificans, tan-  
 dem ad vnguem vsque perduxit, XXI. Cal. Nouemb. dedicauit. Adfuit ibi tunc Rex  
 cum Imperatrice Adelheida, auia eius, & Abbatissa Mechtildis, & Archiepiscopi hi:  
 Willigisus, Gisilerus & Liewizo cum suis cõsatribus XVI. Festiuitas autem erat ea-  
 dem Christi confessoris Galli, in cuius monasterio prædictus Præsul edoctus est, &  
 ideo semper studuit in hac celebritate suam perficere desiderium, & tunc inierat XXIII.  
 ordinationis suæ annus. Hunc adiuit in omnibus fidelis sui met Capellanus Hildo,  
 & prudentissime cuncta disposuit. Omnes Saxonie primates hic tunc conuenientes  
 caritatiuè suscipiuntur. Nunquam fuerunt antè nec post, vt veraces affirmant, in di-  
 uinis laudibus, & in negociis secularibus, omnia plenius cunctisque acceptius pera-  
 cta. In sequenti anno in galli cantu primo lux vt dies ex aquilone effulsit, & vnam sic  
 manens horam, vndique cælo interim rubente emanauit. Fuere nonnulli qui dicerent,  
 eodem anno vidisse se tres Soles & Lunas tres, ac stellas inuicem pugnasse. Et post hæc  
 Ecbertus, Treuirensis Archiepiscopus, cuius successor Luidulfus fuit, & Dedo Mir-  
 migendensis, post quem Suitgerus ordinatus est. Ero quoque, Ferdensis, cui Ber-  
 hardus, tunc ibi præpositus, supponitur, obiit. Fames quoque valida nostras oppres-  
 sit regiones. In tertio prædictæ dedicationis anno auunculi mei à piratis capti sunt,  
 vt in sequentibus patet. In quarto pestilentia cum fame & bello orientalibus ingruit,  
 & Rex Abodritos petit, & Wiltios vastauit. Post hæc Rex in Magdeburg cum suis  
 Principibus colloquium habuit, ad quod Henricus Bauarorum Dux inclitus venit,  
 & cum inter hunc & Ratisbonensem Gebhardum longa haberetur contentio, cum  
 bono ibidem finitur consilio, & pius ille Dux, qui omne sui met delictum continuis  
 mundauit elemosynis, inde pergens ad Gandersheim, vbi domina Gerberg, sui-  
 met soror, erat Abbatissa, ægritudine premitur subitanea, & tunc vocans ad se æqui-  
 uocum eius talibus instruit: Vade celeriter ad patriam, ac dispone regnum, ac nun-  
 quam regi ac domino resistas tuo: multum enim me pœnitet hoc vnquam fecisse. Pa-  
 tris memor sis tui, quia nunquam in hoc seculo videbis: filioque mox abeunte, Dux  
 præclarus in infirmitate sua sepe Kyrie eleison ex corde clamans, migravit ad Chri-  
 stum v. Cal. Septemb. sepultus ibidem in medio Ecclesiæ coram sancte crucis altari.  
 Quod cum filius eiusdem comperiret, electione & auxilio Bauariorum patris bona  
 apud Regem obtinuit. Eodem anno Thiedricus, Comes Palatinus, & Sibertus fra-

Ditmarus fra-  
 dia & Mona-  
 chatus.

Sigfridi laus  
 & mors.  
 Mechtildis,  
 Cungunda.

Lotharius,  
 Sigfridi fra-  
 ter.

Atheldagus  
 & Liewizo  
 Archiepisc.  
 Bremens.

Slaui debel-  
 lati.

Hillibardus  
 Halberstad.  
 Episc.

Chasina.

Ecbertus,  
 Ludolphus,  
 Treuirens.  
 Ero, Berthar-  
 dus, Ferden-  
 ses.  
 Fames.

Henricus Dux  
 Bauaria.

Gerbergæ tuæ  
 vici soror.

Nepos, anus  
maternus,  
Henricus.

Leopoldus  
Marchio.

Kisamilus.

Eccardus  
Marchio.

Kise cadis.  
Auunculi  
Ditmari.

Bernhardus  
Dux.

Sigefridus,  
Henrici F.

Sigefridus,  
Ditmari fra-  
ter.

ter eius, de hoc seculo transferunt. Ea tempestate nepos meus, Marchio Henricus, E-  
uerkerum, Berwardi Wirciburgensis Ecclesie Episcopi militem egregium, sed ni-  
mis superbum, cepit, & ob illatas sibi iniurias in loco, qui Lindinlog dicitur, excoeca-  
uit. Rex autem de internuntiis ab Episcopo, id multum querentibus, comperiens,  
hocque grauer ferens, predictum Comitem exilio relegauit, & post hæc gratiam  
suimet huic dedit, & apud Antistitem digna emendatione reconciliauit. Prædictus  
Præsul post hæc Liupoldum Marchionem orientalium, & nepotem eius Henricum  
ad Missam sancti Chilian, quæ est VIII. Id. Iulij, ad se vocans, cum magna charitate  
eosdem habuit, & Comes in sacra nocte post matutinam cum suis militibus ludens,  
ex vno foramine ab excoecati amico sagitta vallante vulneratus est, & facta confessi-  
one VI. Id. Iulij expirauit, innocens in facto prædictæ actionis, & in consilio. Hic in  
postera die ibi sepultus merito desletur: quia si prudentiorem & in cunctis actibus  
melior nullum reliquit. Hyems, quæ præcesserat, asperitate & pestilentia, nimio-  
que frigore & vëto ac insolita siccitate, plene erat. In hac deuicti sunt Slaui. Sed quia  
superius destructione Brandeburgensis Ecclesie dixi, nunc qualiter ad tempus præ-  
fato subdereur regi breuiter explicabo. Fuit in nostra vicinitate quidam miles incli-  
tus Kiza nomine, qui à Marchione Thiedrico aliter quàm sibi placeret, habitus est.  
Ob hoc, & quia facultas suæ nequaquam impietati suppeteret, ad hostes perrexit no-  
stros, qui eundem in omnibus sibi nimis fidelem cognoscentes, supra memoratam  
vrbem, nobis satius ad nocendum, eidem commiserunt. Hic postea nostris delinitus  
blanditiis, eam regie potestati cum semetipso tradidit. Vnde Luitici nimio furore  
succensi, eum cum omnibus, quas habebant cateruas, ilico petebant. Interea Rex in  
Magdeburg fuit, & cum hoc comperiret, quos ibi tunc habebat, celeriter eò misit,  
Ekkhardum Marchionem, & tres auunculos meos, Hericum, Vdonem, Sigfridum  
cum Friderico Comite Palatino, & patruo meo. Et hi omnes eò cum suis venientes,  
interrupti sunt ab hostibus, se acriter irrumptibus, & vna pars ex nostris in vrbem  
venit, alia verò, quæ remansit, cæsis militibus nonnullis, rediit. Tunc Rex collectis vn-  
dique sociis, illò properat, & hostes nostri magnam vim defensoribus vrbis inferen-  
tes, cum vltimam legionem vidissent, citò amoti, fugerunt castris. Nostris autem in  
ereptione interius gaudentes, Kyrie eleison cantant, & aduenientes vnanimiter re-  
spondent. Munita vrbe præsidio, Rex abiit, & eadem in sua potestate diu tenuit. Post  
hec Kiza ad Quidilingeburg cum veniret, ciuitatem suam cum vxore & satellitibus suis  
perdidit, quæ omnia vrbe excepta post receperunt. Vnus autem suimet miles Boliti-  
ut nomine, cuius consilio hoc totum, quamuis tunc absens esset, agebatur, ibidem  
dominabatur, & Kiza cum in his partibus post latèter nocere voluisset, optimus mi-  
les cum suis interfectus est. Et sicut prædixi, tres auunculi mei, Henricus, Vdo & Sige-  
fridus cum Ethelgero, cæterisque compluribus, piratis sua populantibus, IX. Cal. Iu-  
lij nauibus occurrunt, factoque inuicem certamine, Vdo decollatur, Hericus autem  
cum fratre suo Sigefrido & Comite Ethelgero deuictus, dictu miserabile, à pessimis  
hominum captus deducitur. Hoc infortuniū inter Christi fideles, fama volate, mox  
dilatur. Bernhardus Dux, qui proximus fuit, nuntios quàm propere misit, qui pre-  
cium pro eorundem redemptione eis promitteret, & conueniendi pacificè, ac locum  
colloquendi peteret. Parati sunt, pacem firmam, & ineffabilem pepigerunt pecuniã.  
Quid autem ad hæc primo Imperator, deindeque in nostris partibus Christianorũ  
larga benignitas debito humanitatis officio impenderit, explicare non sufficio. Ma-  
ter autem mea tanto dolore intrinsecus commota, omne quod habuit, vel acquirere  
villo modo potuit, pro fratrum ereptione attribuit. Execrata verò piratarum turba  
cum maximã collectæ pecuniæ partem immenso suimet pondere perciperet, Hen-  
rici vice, filium eius vnicum, Sigefridum nomine, cum Gareuardo & Wulferemo,  
Ethelgeri autem loco auunculum eiusdem Thiedricum, & amicum suimet filium, O-  
les vocatum, suscipientes, vt quod de promisso eis thesauro adhuc remansit, eò velo-  
cius colligeretur, eos abire, Sigefrido solum remanente, permisit. Hic quia filium nõ  
habuit, à matre mea remedium ab vno filiorum suimet postulauit. Quæ tam neces-  
sariæ petitioni satisfacere desiderans, nuntium ad Abbatem Rigdagum celeriter mi-  
sit, qui fratrem meum Sigefridum, tunc ibi sub habitu Monachico degentem, accepta  
licentia

licentia reduceret. Hic quia satis prudens vir fuit, cunctis sollicitè perquisitis, iniuste  
 legationi resistit, & propter curam à Domino sibi creditam, quod hoc facere nō prae-  
 sumeret, respondit. Nuncius autem, ut ei visum fuit, ad Ekkihardum, qui tunc custos  
 Ecclesiae sancti Mauritij, & magister erat scholæ, veniens, ut me ob rem necessariam  
 matri meae remitteret, supplex rogavit. Veni, & cum laicali habitu, quo apud piratas  
 debui obses conuersari, prioribus adhuc indutus vestimentis, v. feria profectus sum.  
 Et in ipsa die Sigefridus de perugili hostium custodia, qua multum vulneratus deti-  
 nebatur, sic diuino euasit auxilio. Idem in angustia vehementi positus, cum Nodbal-  
 do & Edicone, quomodo euaderet, plurimum semper versans, præcipit hos veloci-  
 10 nauicula quantum his, qui eum detinebant, satis valuisset ministrare de vino, ac de ce-  
 teris adpertinentibus sibi deferre. Iussis tum sine mora completis, canes auarè satura-  
 bantur, factoque mane, presbyter ad Missam paratur, & Comes, cunctis ab ipse cu-  
 stodibus solum hesternò grauatè vine ad proram lauaturus accedens, puppi paratè  
 insiluit. Extollitur clamor, presbyter, quasi conciliator, capitur, anchoræ leuantur, re-  
 miges velociter hos fugientes insequantur. Quos comes vix euadens, cum littoris  
 securitatè attingeret, ut prius ipse præcepit, paratos inuenit equos, & ad ciuitatè suam  
 Hersefeld dictâ, vbi frater suus Hêricus & vxor eius Ethela, tantè gaudij in scia, fuit, p-  
 gere, pperauit. Hûc hostes ponè sequuti, vrbè, quæ littori vicina stabat, Stethu nomi-  
 ne, incurrunt, eû curiosè in abditissimis querètes locis, & nō inueniètes, sceminis in-  
 20 aures vi rapiunt, tristesq; recedunt. Tali furore omnes succensî crastino clericum &  
 nepotem meum cum ceteris obsidibus vniuersis naribus ac auribus & manibus ob-  
 truncant, foris eos proicientes in portum. Tunc fugientibus his, vnusquisque à suis  
 rapitur, mœrore inaudito insurgente. Ego autem visitatis meimet auunculis, remea-  
 ui Christo largiente incolumis, caritatiue à familiaribus meis susceptus. In illo tem-  
 pore Luidolfus, Augustensis Episcopus venerabilis, viii. Cal. Augusti obiit, & Ge-  
 uehardus Elabangensis Abbas ordinatur. Interim in quadam villa, Borchtorp dictâ,  
 natus est infans, dimidius homo, posterioribus auro similis, dextram autè & oculum  
 leua minorem habens, dentes croco similes, sinistrum brachium absque iiii. digitis  
 solo cum pollice integrû: ante baptismum attonitè videns, & post nihil, iiii. die mo-  
 30 riens. Magnam hoc môstrum facinoribus nostris intulit pestilètiã. Prædictus An-  
 tistes Hillibardus, cum Ecclesiam & gregem sibi commissum xxviii. annos glo-  
 riosissimè verus Israëlita regeret, vii. Calend. Decemb. expirans, sepultus est ex-  
 tra Ecclesiam infra claustrum, vbi ipse sibi prius parauerat domicilium. Et cum con-  
 fratres eius in electione conuenire nō possent, præpositus est his de capella regis Ar-  
 nulfus, & Id. Decemb. ordinatus, sicut ille vir sanctus antecessor eius, dum adhuc va-  
 leret, prædixit, cunctis tunc præsentibus, hunc, inquit, hospitiè honorate, & quan-  
 tum potestis, illi seruire: providere enim debet in suos post me. Et cum idem iam in  
 agone exitus sui iaceret, vidit gloriam Domini, & vocato ad se Wisfharo, suimet Ca-  
 40 pello: Vides, inquit, frater aliquid: & ille se nihil vidisse, respondens, audiuit ab eo,  
 quòd caminata hæc, in qua tunc iacebat, & in qua duo antecessores sui obierunt, di-  
 uina maiestate plena fuisset, & hæc dicens transiit de hoc carcere ad indeficiens lu-  
 men. Rex autem natale Domini in Colonia fuit, & pacificatis omnibus in his regio-  
 nibus, ad Italiam diu desideratus perrexit, & in vrbe Papia Paschale peregrinatum festum,  
 Dehinc Romam veniès, gloriosè nepotem suum Brunonem, Ottonis filium Ducis,  
 in loco Ioannis Papæ, nuper defuncti, cum omnium laude præsentium cōstituit. Sed  
 incuria sua contigit damnum. Imperator ob defensionem patriæ, Bernburg ciuita-  
 tem opere muniens necessario, eam iiii. hebdomadas ad tuendum Gislerò commi-  
 sit. Qui fraude ignota ad placitum à Slauis vocatus, cum parua multitudine exiit: A-  
 50 lij namque præcesserunt, & quosdam in vrbe reliquit. Ecce autem vnus è consociis  
 eiusdem à sylua enumpere hostes prodidit. Congredientibus verò tunc ex vtraque  
 parte militibus, Archiantistes, qui curru venit, equo fugit alato, ex suis mortem eua-  
 dētibus paucis. Slauis victores præda intersectorum vi. Nonas Iulij sine periculo po-  
 tiuntur, & Archiepiscopū sic elapsū esse conqueruntur. Custodiuit tamen, quam-  
 uis sic lugubriter mutilatus, vrbem ad dictum diem Gislerus, tristis que reuerus ob-  
 uiam habuit patrum, meimet Marchionem Lutharium, cuius curam ciuitas præ-

Sigefridus de fuga cōsilium inu.

Hersefeld.

Ludolfus & Geuehardus Episcopi Augustani. Monstrum.

Hillibardus Halberstad.

Arnulfus, Hillibardi successor.

Ottonis iiii. expeditio Italice Bruno Ottonis F. Pa.

Bernburg à Slauis occupatum & inflāmatum.

Lotharius, Ditmari parvus.

*Turingia au-*  
*stralis, Eccar-*  
*di patria.*  
*Horat. 4.*  
*Carin.*  
*Guntherus,*  
*Eccardi pa-*  
*ter.*  
*Suonehilda.*  
*Luidgarda.*  
*Turingia se-*  
*ptentrionalis,*  
*Lotharij pa-*  
*tria.*

*Wirinarius,*  
*Lotharij f. a-*  
*no 6. uir-*  
*gus.*

*Mathildis,*  
*Abbatissa*  
*Quedlinburg.*

*Luidgarda,*  
*raptā ab Wi-*  
*rinario.*

*Lotharius.*

*Wirinarius*  
*supplex Ab-*  
*batissa.*

dicta tunc respiciebat, firmiterq; ei eam committens, abiit. Accessit autem Comes, & ut urbem vidit incendio fumigantem, Archiepiscopum remeare per internūitium frustra petiit. Ipse autem ignem in duobus locis iam altè ascendente extingueretentans, cum nihil omnino proficeret, portam hostibus patentem derelinquēs, domumcestus reuisit, & accusatus postea apud Imperatorem, imputatam sacramento purgavit culpam. Post ix. dies prædictæ cædis, mater mea Cunegunda nomine tertia Id. Iul. in ciuitate Germerlesua expirauit. Ekkihardus ex nobilissimis Turingiæ australis natalibus huius genealogiæ ortum ducens, cum gradatim ad virilem pertingeretætatem, parentelam suimet omnem tam morum quam actū grauiter inclytum honorat. Quia, ut legimus, dedecorat bene nata culpe. Is post multas bellorum asperitates, quas cum patre suo Gunthero, ab honoris suo diu suspenso, perpeffus est ad gratiam Imperatoris II. Ottonis, ad patriam honorificè cum remearet, Thitmari Comitis viduum, & Bernhaldi Ducis sororem, nomine Suonehildam in matrimoniū sibi copulauit, ex eaq; primogenitam, nomine Luidgerdam, acquisiuit filiā. Lutharius autem, ex clara Turingiæ septentrionalis prosapia editus, cū vir factus esset, ætatē superare virtutibus nitebatur. Cūq; secūdo multū carus esset Ottoni, eius auxilio quandā Godilā nomine ex occidentali regione nobiliter natam, cū licētia Wirdunēsis Wigfridi Præsulis, consobrini eius, sibi in coniugē despōsavit, & acquisiuit, quæ peperit ei in tertio decimo ætatis suæ anno primogenitū, patris sui nomine appellās Wirinarium. Sed cum duæ propagines istæ, puer in quā & puella, ex tam nobilissimæ vitis radice emerisissent, iā iā paulatim ad maturitatē fructus ptingere inclytis virtutū scalis nitebātur. Sed Lutharius Comes & puellæ illius formam & conuersationem bonā primo perferumpens, qualiter eam consociaret filio suo mentis secreto semper voluit. Et ad vltimum aperuit, ac celeriter impetrauit. Conuenientibus tunc in vnum familiaribus eorundem, promisit legitimè Ekkihard Luthario eandem se filio suo daturum in vxorem more suo, & iure, præsentibus cunctis optimatibus affirmans. Qui cum tertio Ottoni multum placeret, & apud eundem inter alios primates plurimum valeret, nescio qua causa deprauatus, pactum firmissimè stabilitum interrumpere quā maximè conatur. Quod mox Lutharium non latuit, & ut hoc non fieret, anxia mente voluebat. Imperatore & Ekkihardo pariter tunc in Romania commorante, commissā erat Regni istius cura venerabili Abbatissæ Mathildi, de qua superius memorauimus, in cuius ciuitate Quidelingeburg nuncupata, puella hæc educabatur. Fit publicus in Dorneburg Abbatissæ totiusque senatus in vnum conuentus. Interim Wirinarius, ut arbitror, nō consilio patris, sed amore virginis, & ob metum manifesti dedecoris, cū confratribus meis Henrico, Friderico cæterisq; militibus optimis urbem præfatam ascendit, sponsamque suam & reluctantem & clamantem vi auferens cum suis, ad Wallibiki lætus & incolumis peruenit. Quod cum Abbatissa à certo comperiret legato, grauiter commota, cunctis hoc Principibus lacrymis queritur obortis, rogans ac præcipient, ut armati omnes publicos hostes celeriter insequerentur, ac vi captis seu occisis, virginem sibi reducere conarentur. Nec mora, iussa hæc miles armatus accelerare contendit, & priusquam urbem munitam attingerent, eosdem per compendiosa itineris interruptos vi capere vel occidere seu effugare anhelauit. Comportum est autem à viatoribus, quod hi, quos insequerentur valida manu, clausisque portis notis iam gauderent præsidii, nulli patere ingressum, aut velle mori aut se ibi defendere, & nunquā vlli spōsam reddere. Quo audito admodum tristis effectus reuertitur. Lutharius autem & cum eo Alfricus senior, milesque Comitis Ekkihardi Thitmarus, proficiscentes voluntatem sponsæ perquirunt, seque ibidem tunc manere malle quā reuerti satis certi ab eadem effecti, Dominæ Abbatissæ cæterisq; hæc responsa intimabant. Consulenti tunc de talibus primates Abbatissæ, dictum est ab his, quod sibi videretur optimum in Magdaburg fieri conuentum: huc sponsam cum contectali venire, auxiliares quoque omnes, & aut se reos ibi præsentare, aut damnatos fugere, sicque factum. Confluente maxima illuc multitudine, Wirinarius cum suis cooperantibus nudis prouoluitur pedibus, vxorem reddit, veniam de commissis sibi suisque, auxilio Principum, promissa emēdatione promeruit. Sed venerabi-

nerabilis in omnibus Mathildis, finito colloquio, Luiderdam secum duxit, non pro retentione, sed pro timoris magni confirmatione. Bonæ suimet voluntatis propositum peruentu subitanæ mortis interruptum est. Namque post paucos dies cum hæc ad locum à Domino sibi paratum veniret, continuò infirmata, Bernwardum, sanctæ Hillinessemensis Ecclesiæ tunc pastorem, vocauit, & accepta ab eo quam postulauit indulgentia, viii. Id. Febr. hominem exiuit interiorem, sepultaque est in Ecclesia ad caput aui suimet regis Henrici. Hoc funere Imperatrix Adelheidis, mater eiusdem, supra modum turbata, ad Imperatorem nuntium misit, qui & obitum eius huic innotesceret, & æquiocam suam, sororem eius, huic succedere postularet. Cæsar piis assensum præbens desideris, amittæ suimet necem deslet, & Abbatiam dilectæ suimet germanæ per Becelinum portitorem virga à longè commisit aurea, & vt ab Episcopo benediceretur Arnulpho, præcepit Adelheidis autē imperatrix urbem, quæ Olsa vocatur, interim ædificans, collectis eidem monachis, omnibusque perfectis, in eodem anno xvi. Cal. Ianuarij gaudens appetiit, de quibus orta fuit: cuius fideli seruitio iusta recompensans præmia dominus, ad tumbam eius plurima hodie operatur miracula. Papa quoque Gregorius bene dispositis Romæ omnibus i. Nonas Februarij obiit, Gerberto sibi mox succedente. Post hæc Imperator Gislerum Archiepiscopum, eò quòd duas teneret parochias in synodo accusans Romana, iudiciali eum sententia ab officio suspendi, ac per internuncios ab Apostolico eundem illò vocari præcepit. Qui tunc paralyti percussus, cum huc venire nequiret, Rothmannum clericum, qui iuramento, si aliter non crederetur, se exouaret: datis tunc induciis differtur, vsque dum Imperator cum comprouincialibus Episcopis hoc discutere valuisse. Postea Cæsar auditis mirabilibus, quæ per dilectum sibi martyrem Dominus fecit Adelbertum, orationis gratia eò pergere festinauit. Sed cum Ratisbonam veniret, à Gebehardo, eiusdem Ecclesiæ antistite, magnifico honore susceptus est, comitantibus secum Ziazone tunc patricio & Roberto oblationario cum Cardinalibus. Nullus Imperator maiori vnquam gloria à Roma egreditur neque reuertitur. Huic Gislerus obuiam pergens, gratiam eius quamuis non firmam promeruit, & comitatur. Cæsar autem ad Cicensem perueniens urbem, à secundo Hugone eiusdem sedis prouisore tertio, vt decuit Imperatorem, suscipitur. Deindeque recto itinere Misnensem tendens ad ciuitatem, à venerabili Egedo, huius Ecclesiæ Episcopo, & à Marchione Ekkihardo, qui apud eum inter præcipuos habebatur, honorabiliter accipitur. Decursis tunc Milcieni terminis, huic ad Diedesisi pagum primo venienti, Bolizlaus, maior laus non merito, sed more antiquo, interpretatur, parato in loco, qui illa dicitur, suimet hospitio multum hilaris occurrit. Qualiter autem Cæsar ab eodē tunc susceperetur, & per sua vsque ad Gnesin deduceretur, dictum incredibile, ac ineffabile est. Videns à longè urbem desideratam nudis pedibus suppliciter aduenit, & ab Episcopo eiusdem Vngero venerabiliter susceptus, Ecclesia introducitur, & ad Christi gratiam sibi impetrandam martyris Christi intercessio profusis lacrymis inuitatur. Nec mora, fecit ibi Archiepiscopatum, vt spero legitime, sine consensu tamen præfati præsulis, cuius diocesi omnis hæc regio subiecta est, committens eundem prædicti martyris fratri Kadimo, eidemque subiiciens Reinbernum, sanctæ Cholbergiensis Ecclesiæ Episcopum, Popponem Cracuensem, Iohannem Wiotislaensem, Vngero Posnaniense excepto, factoque ibi altari, sanctas in eo honorificè condidit reliquias. Perfectis tunc omnibus, Imperator à præfato duce magnis muneribus decoratur, & quod maximè sibi placuit, trecentis militibus loricatis. Hinc abeuntem Bolizlaus comitatu vsque ad Magdeburg deducit egregio, vbi palmarum solènia celebrata apparatu peracta sunt. Secunda feria Archiepiscopus eiusdem loci Imperatoris edicto priorem suscipere sedem rogatus, data internuntiis magna pecunia, inducias ad Quidelingeburg vix impetrauit. Fit illuc magnus Senatorum concursus, Paschalia etiam ibi peraguntur gaudia, & habita in ii. feria synodo, iterum Gislerus vocatur. Hic infirmitate oppressus valida, à prædicto excusatur Rothmanno, & in multis à Waltherto tunc præposito defenditur. Indicitur hinc concilium in Aquisgrani, quo ipse cum suis veniens, iterum ab Archidiacono Romanæ sedis alloquitur, qui sapientii consilio vsus, generale sibi postulat dari concilium, sicque indiscussa dilatauit hæc

Mathildis  
Abbatissa  
mors.

Mathildis  
Ottoni III.  
soror.

Olsa.  
Adelheidis  
Aug. mors.

Gregorij v.  
mors.  
Gislerus Ar-  
chiepisc. accu-  
satus.

Ottonis III.  
iter religiosum  
in Polon.

Cardinales.

Eccardus,  
Marchio Mys-  
nensis.  
Boleslaus  
Polonus.

Gnesina.

Archiepisco-  
patus Gnesen-  
sis auctor Ot-  
to III.

Boleslai hospi-  
talis.

Gislerus Ma-  
gdeburg. Ar-  
chiepiscopus  
cedere iussus.



Caroli M. sepulcrum apertum.

Gregorij Papae in Ottonē III. insidia.

Roma ab Otzone III. amata  
Heribertus Archiepiscopus  
Coloniensis.

Conspiratio in Ottonem III.  
Henricus Ba-  
varus.

Ottonis III. mors.

Berna seu Verona.  
Henricus Ba-  
varus imperium ambit.

Ottonis III. intestina Augustae condita.

omnia, usque dum haec Dominus finire dignatus est nostris propitius temporibus. Imperator antiquam Romanorum consuetudinem iam ex parte magna deleta suis cupiens renouare temporibus, multa faciebat, quae diuersi diuersè accipiebant. Solus ad mensam quasi semicirculum factam, loco caeteris eminentiori sedebat: Caroli Caesaris ossa ubi quiescerent cum dubitaret, rupto clam pauimento ubi ea esse putauit, fodere, quo usque haec in solio inuenta sunt regio, iussit. Crucem auream, quae in collo eius pependit, cum vestimentorum parte adhuc imputribilium sumens, caetera cum veneratione magna reposuit. Sed quid memorem singulos eiusdem accessus & recessus per oēs suimet Episcopatus & comitatus? Cūctis apud transalpinos bene dispositis, Romanum visitabat imperium, Romaeque peruenit ad arces. Vbi ab Apostolico caeterisque coepiscopis magnis laudibus suscipitur. Posthaec Gregorius, qui Caesari valde charus erat, dolo eum capere nisus, occultas tēdebat insidias. Quibus collectis, & ex improviso aduersus eum iam insurgentibus, Imperator de porta cum paucis euasit, maxima suorum caeterum sociorum inclusa, & vulgus nunquam suis contentum dominis, malum huic pro ineffabili pietate restituit. Dehinc nuncio suimet omnes Caesar sibi familiares conuenire illuc rogat, & praecipit, demadans singulis quibusque, si vnquam de honore sui vel incolumitate curarēt, ad vlciscendum eum, ac amplius tuendum, armato ad se milite properarent. Romani autem manifestati tunc, sceleris culpa erubescens, seque inuicem supra modum redarguentes, omnes inclusos emisere securos, gratiam imperatoris & pacē modis omnibus suppliciter expetentes. Quos vbiq; vel in ipsis vel in rebus suis Caesar laedere potuit, verbis eorundem mendacibus diffidens, nocere non tardauit. Omnes regiones quae Romanos & Longobardos respiciebant, suae dominationi fideliter subditas, Roma solum, quam praeteris diligebat, ac semper excolebat, accepta, habebat. Conueniente tunc cum Heriberto, sanctae sedis Agrippinae Archiepiscopo, plurima fidelium turba, Imperator laetatur, & quamuis exterius vultu semper hilari se simularet, tamē conscientiae secreto plurima ingemiscens facinora, noctis silentio, vigiliis orationibusque intentis, lacrymarum quoque riuis abluere non desistit: Saepenumero omnē hebdomadam, excepta v. Febr. ieiunus perducens. In eleemosynis valde largus extitit. Appropinquantem eius obitum multa praecunere importuna. Namq; nostri Duces & Comites, non sine conscientia Episcoporum, multa contra eum conspirare nituntur, Henrici Ducis, postea successoris sui, ad hoc auxilium postulantes. Hic vltima patris suimet & aequiuoci monita, qui in Gandersheim obiit, ac requiescit, memori seruans in pectore, & sibi haecenus in cunctis fidelis, nullum his praebuit assensum. Imperator hoc statim comperiens, & patienti ferens animo, in paterna vrbe pustellis interiora prementibus, & interdum paulatim erumpentibus, infirmatur. Qui facie clarus, ac fide precipuus, ix. Cal. Febr. Romani corona imperij exiuit ab hoc seculo, suis insuperabilem relinquens mœrorem, quia tempore eo non fuit vllus largior, ac per omnia clementior illo. Alpha & o miseratur, tribuens pro paruis magna, pro temporalibus sempiterna. Hi autem, qui extremis eius intererāt, haec tam diu ce-  
labant, quoad exercitus vndique tum dispersus per internuncios colligeretur. Tunc tristis turba dilecti senioris corpus comitata, magnas bellorum asperitates vii. dies continue perpeffa est, nullaque securitatis certitudo ab hostibus concessa, nisi tum duntaxat, quando ad Bernam perueniūt ciuitatem. Exin cum ad Pollingum, curtem Sigefridi, Praesulis Augustani, venirent, ab Henrico Duce suscepti, lacrymis eiusdem vehemēter iterum commoti sunt. Quos singulatim, vt se in dominum sibi, & regem eligere voluissent, multis promissionibus hortatur, & corpus Imperatoris cum apparatu imperiali, lancea duntaxat excepta, quam Heribertus Archipraesul clam praemitens, suam sumpsit in potestatem, habet honorificè. Archiepiscopus autem custodia parumper detentus, relicto ibi pro vadimonio suimet fratre, cum licentia abiit, ac facram mox lanceam remisit. Is cum omnibus, qui huc Imperatoris funus sequebatur, excepto antistite Sigefrido, Duci tunc non cōsentiebat, neque omnino denegabat, sed quò melior & maior populi totius pars se inclinaret, libenter assensurum pronuntiabat. Dux verò cum his Augustanā attingens urbem, dilecti senioris intestina duabus lagunculis prius diligenter reposita, in oratorio sancti Praesulis Othelrici, quod in hono-

in honorem eius Luidolphus, eiusdem Ecclesie Episcopus, construxit, in australi parte monasterij sancte martyris Afræ, sepulture honorabili tradidit, & ob anime remedium suæ centum mansos propriæ hereditatis concessit. Deindeque dimissa cum pace magna multitudine, ad ciuitatem suam, quæ noua vocatur, corpus Cæsaris profertur. Posteaque ab æquiouoco suimet Henrico, cuius sororem uiuente Imperatore iam duxit, suppliciter exoratus, tandem corpus, valedicens singulis, ad loca destinata dimisit. Interim Principes Saxoniæ, cõperta senioris sui nec immatura, ad Frasam, curtem regiam, quam tunc Guncelinus Comes ex parte Imperatoris in beneficium tenuit, tristes conueniunt: Gisilerus Archiepiscopus Magdeburgensis cum coepiscopis, Bernhardus Dux, Lutharius & Ekkihardus ac Gero Marchiones cum optimatibus regni, de statu reipublicæ tractantes. Comes autem Lutharius vt pro primo persensit Ekkihardum se velle exaltare super se, Archiepiscopum prædictum & meliorem procerum partem, in secretum foras vocauit colloquium, hoc omnibus dans consilium vt iuramento firmarent, se nullum sibi dominum vel regem communiter vel singulariter electuros, ante constitutum in Werle colloquium. Quod ab omnibus laudatum, excepto Ekkihardo, & collaudatum. Hic se paululum à regni fastigio dilatatum grauer ferēs, erupit: O Luithari Comes, quid aduersaris? & ille, nū, inquit, curru tuo quartam deesse non sentis rotam? Sic interrupta electio, & fit vera antiquorum relatio, quod vnus noctis intermissio, fiat vnus anni dilatio, & illa vsque in finem vitæ huius prolongatio. Tempore prædicti Cæsaris monasterium in Hilleseua à Slauis combustum est, eductis sanctimonialibus, & eodem die multi ex nostris sunt interfecti. Equidem ab incepto multum deuians, tandem reuertar, exequias Imperatoris succinctè perstringēs. Cuius corpus cum ad Coloniam veniret, primò susceptum est ab Archiepiscopo eiusdem ciuitatis Heriberto ad monasterium sancti Seuerini post palmas, II. feria ad sanctum Pantaleonem, III. defertur feria ad sanctum Gereonem, IIII. die in cena Domini ad sanctum Petrum portatur, vbi pœnitentibus more Ecclesiastico introductis, & indulgentia resolutis, animæ præsentis corporis ab Archipræsule remissio datur, à sacerdotibus autem memoria exposcitur, lacrymabiliter autem à populo supplice impenditur, VI. feria illucescente, funus eleuatum ad Aquasgrani sancto perducitur in Sabbatho, die verò dominica in Ecclesia sanctæ Mariæ semper virginis in medio sepelitur choro. Impensa ab eo cunctis pietas, obnixæ orationes, fletusque suatere perducere concrepantes dominicæ resurrectionis festa angelorum ac hominum gaudia, communiter gratulabunda, sed propter fragilitatem conuenientium non valuerunt digna veneratione compleri: quia peccatis hoc promerentibus suis, agnouerunt pariter vindictam diuinam. Acquirat animæ istius veniam cum lacrymis, quicūque sit professione fidei in domino, quod is nostram renouare studuit Ecclesiam conatu mentis summo. Percipiat in terra viuentium semper adoptatam communionem piorum cum bonis domini indefectiuis, qui semper studuit misereri miseris. Maxima pars procerum, qui his interfuerunt exequiis, Hermannus Duci auxilium promittunt ad regnum acquirendum & tuendum, Henticū mentientes ad hoc non esse idoneum, propter multas causarum qualitates. Longobardi autem audito Imperatoris discessu, de futuris nil solliciti, neq; de dignis pœnitentiæ fructibus cupidi, Harduigum sibi in regem elegerunt, destruendi potius gnarum artis, quàm regendi, vt in diuino iudicio ipsis post claruit, huius rei authoribus. Sed hæc posterius exponenda relinquens, ab eo incipiam scribere, qui pietate diuina & virtute sua omnes se aduersum se vnquam erigentes humiliavit, & ceruice flexa sibi honorem impendere coëgit. Et hic quintus in ordine, secundus in nomine, notè quinti titulum libri. Et quia omne quod in huius planicie operis ascribendum est ordinatim, ponere nequeo, in consequentibus sensim recolligere equidem non erubescō. Iterantis enim varia vicissitudine fruor, qui rectæ semitæ ductum, nunc ob asperitatem, interdum autem propter ignorantiam, flexuosa callium varietate mutat. Vnde Mifecōnis, Poleniorum in clyti Ducis, & in superioribus libris ex magna parte signati, residuū explico factum: Hic à Bohemia regione nobilem sibi vxorem, senioris Bolizlauri duxerat sororem, quæ sicut sonuit in nomine, apparuit veraciter in re. Dobrana enim Slauonicè dicebatur, quod Latino sermone bona interpretatur. Nāq;

Conuentus  
Principum  
Saxon. Frasa.

Lotharius  
Comes.  
Eccardus imperii ambit.

Funus Otto-  
nis III.

Hermannus  
Dux imperio  
destinatus.  
Turba in  
Italia.

Mifeco Polo-  
nis.

Dobrana mi-  
feco nis uxor.

hæc Christo fidelis, dum coniugem suum vario gentilitatis errore implicitum esse  
 perspiceret, sedula reuoluit angustæ mentis deliberatione, qualiter hunc sibi socia-  
 ret in fide, & omnimodis placare contendit: non propter triformem mundi huius  
 nociui appetitum, quin potius propter futuræ mercedis laudabilem, ac vniuersis fi-  
 delibus nimis desiderabilem fructû. Hæc sponte sua fecit ad tempus malè, vt postea  
 diu operari valuisset bene. Namq; in quadagesima, quæ coniunctionem prædictam  
 proxima sequebatur, cum à se abstinencia carnis, & afflictione corporis, decima-  
 tionem domino acceptam offerre conaretur, dulci promissione à viro suimet pro-  
 positum frangere rogatur. Illa autem ea ratione cōsensit, vt alia vice ab eodem exau-  
 diri facilius potuisset. Quidam dicunt, eam in vnam carnem manducasse quadagesi-  
 ma, alij, erò tres. Audisti nunc, lector, delictum eius, modò considera fructum cle-  
 gantia, & piæ voluntatis illius. Laborauit enim pro conuersione coniugis suæ. Ac ex-  
 audita est à benignitate conditoris sui: Cuius infinita bonitate persecutor suimet stu-  
 diosus resipuit, cum crebro dilectæ vxoris hortatu innatæ infidelitatis toxicum euo-  
 muit, & in sacro Baptismate natiuitatis originalem deterfit, & protinus caput suum, &  
 seniore dicitur, membra populi, hæctenus debilia, subsequuntur, & nuptiali ve-  
 ste recepta inter cæteros Christi adoptiuos numerantur. Iordan, primus eorum an-  
 tistes, multum cum eis sudauit, dum eos ad supernæ cultum vineæ, sed vel verbo &  
 opere, inuitauit. Tunc congratulantur legitimè coniugati, prædictus mas & nobilis  
 fœmina, illisque subdita omnis familia gaudet, se in Christo nupsisse. Post hæc pepe-  
 rit bona mater filium lōgè sibi degenerem, & multarum perniciem genetricum: quæ  
 fratris sui nomine Bolizlaum appellauit, hunc inquam qui in eadem primò latentem  
 malitiam aperuit, deindeque in viscera sæuit, vt in sequentibus à me manifestum sit.  
 Sed cum mater eiusdem obiret, pater eius vnam sanctimonialē de monasterio, quod  
 Calua dicitur, Thiedrici Marchionis filiam, absque canonica auctoritate duxit. Oda  
 fuit nomen eius, & magna erat præsumptio illius. Spreuerat enim sponsum cœlestē,  
 præponens ei virum militem, quod cunctis Ecclesiæ rectoribus & maximè antisti-  
 tis, met venerabili, Hillibardo, deplicuit. Sed propter salutem patriæ, & corroborati-  
 onem pacis necessariæ, non venit hoc ad dissidium, sed reconciliationis continuæ  
 remedium salubre. Namque ab ea Christi seruitus omnis augebatur, captiuorū mul-  
 ro, ei magnitudo perpetrati facinoris à domino remittitur, cum in ea tanta pietatis di-  
 lectio cognoscitur. Legimus autem, quòd is frustra dominum placare studeat, qui  
 inceptæ propositum nequitæ omnino non abijciat. Hæc genuit viro suimet tres fi-  
 lios, Mifecōnem, Suentepulcum & Bolizlaum, cum magno honore ibi degens vsq;  
 ad finem viri, accepta, cum quibus fuit, & proficua, de quibus venit. Sed anno Do-  
 minicæ incarnationis DCCC. XCI. regni autem tertij Ottonis octauo hic præfatus  
 Dux iam senex & febricitans, ab exilio hoc ad patriam transit, relinquens regnum  
 suimet plurimis diuidendum, quod postea filius eiusdem Bolizlaus, nouerca & fra-  
 tribus expulsa, ex cæcatisque familiaribus suis Odilieno atque Pribuuoio, vulpina  
 cilliditate cōtraxit in vnum. Hic vt tantum solus dominaretur, ius ac omne fas post-  
 posuit. Duxit hic Rigdagi Marchionis filiam, postmodum dimittens eam, & tunc ab  
 Vngaria sumpsit vxorem, de qua habuit filium\* Bespreri nomine, similiter expellens  
 eam. Tertia fuit Connildis, edita à venerabili seniore Dobremiro, quæ Christo fide-  
 lis ad omne bonum instabilem coniugis sui mentem declinauit, & immensa eleemo-  
 synarum largitate & abstinencia vtriusque maculas abluere non desistit. Peperit hæc  
 duos filios, Mifecōnem & alium, quæ dilecti senioris sui nomine vocauit: filias quoq;  
 tres, quarum vna Abbatisa, secunda nupsit Hermanno Comiti, tertia filio regis Vu-  
 lodomiri, sicut diciturus sum. Imperatoris autè prædicti gratia & hortatu gener Hen-  
 rici, Ducis Bauariorum, Waic in regno suimet, Episcopales cathedras faciens, coro-  
 nam ac benedictionem accepit. Nec fileo quoddam miraculum temporibus præfati  
 Cæsaris Romæ cœlitus exortum. Nam cum Ducis Hermanni milites monachorum  
 sancti Pauli prata vi sua comprehenderent, suppliciter ab his sæpe rogati, discedere  
 noluerunt, & continuo nubes variæ ascendunt, fulmina micant, terrorem dominicū  
 monstrantes. Tonitru terribile protinus subsequitur, ac ex eorum numero optimos  
 quatuor

Mifeco ab vxore ad religionem Christianam pertractus.

Boleslaus de gener.

Oda Monacha, altera Mifecōnis vxor.

Oda filij.

Mifecōnis mos.

Boleslai successorem cendit.

Vxor.

Waic Vngarus Rex Christianus.

quatuor occidens, cæterosque fugans, pauperes Christi in hoc mundo non esse con-  
 temptibiles ostendit. Protector enim talium misericors dominus, & hos honorâtes,  
 & in necessitate sua exaudientes, digna retributione prouehit, eorumque persequu-  
 tores aut hîc, quod leuius habetur, aut in futuro, quod grauius, punit. Cæsaris eiusdē  
 soror, Mathild nomine, Hermanni, Comitis Palatini, filio Ezoni nupsit, & hoc mul-  
 tis displicuit, sed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc vnicus frater illius  
 patienter, dans ei quàm plurima ne vilesceret innata sibi à parētibus summis gloria.  
 In temporibus suis Cōradus, Sueuorum ductor egregius, ac eiusdem frater Heriber-  
 tus Comes, nec nō Hodo, inelytus Marchio, proh dolor, morte momētanea depref-  
 10 si sunt. Sigefridus autem prædicti Marchionis filius, in noua vrbe, vbi pater suus re-  
 quiescit, inter Monachos diu in eodem habitu conuersatus, cucullam proiecit, laicā  
 lem suscipiens vestem. Qui ab Ekkihardo, Abbate suo, & Gisilero Archipræbite vo-  
 catus ad synodum Parthenopolin, venit, & quatinus inuitus, pristino habitu indutus  
 iudiciali sententia, duodecimus ipse sacramentis exsoluit, exemplo vnus, qui Romę  
 simili sententia se in conspectu præfati Imperatoris purgauit. Patres eorum spiritua-  
 les plenum super se testimonium habuere, sed iudicibus, vt vereor, corruptis, absque  
 omni suimet culpa eosdem perdidere. Memorare etiam mihi libet Frāconis, Episco-  
 pi Wormaciensis, breuem vitam, qui iuuenis, ac omni probitate elucens, Cæsari Au-  
 gusto placuit, & cū eūdem suæ coniunctum familiaritati in diuinis pollere sedulō  
 20 vidisset, mortuo prædictæ ciuitatis antistite Hillebaldo, eidem succedere fecit. Qui  
 vnum duntaxat annum sedens, in Italia obiit, ibidem sepultus. Vellem libentissime,  
 si vnquam fieri potuisset, vt optimorum quorumlibet memoria per inutilium operā  
 meimet manuum præsentibus ac posteris quadam nouitate accepta floruisset: Vt hi  
 omnes, etsi hoc non delectati, pro pietate tamē sua apud Dominum omnipotentem  
 recordentur mei. Agnosco enim memetipsum & minus quàm debeo, ac in baculo  
 fragilitate harundinea nil prorsus confidens, iustis suffragatoribus me peccatorem  
 supplex committo. Voluit quoque Imperator capellanos suimet Herponem de Hal-  
 30 berstat ac Raconem de Bremen, Episcopali gradu sublimare, & his in lecto ob infir-  
 mitatem validam iacentibus, pastorem baculum dedit, sed vterque sine sacerdotā-  
 li vnctione discessit. Quid verò de hoc dici possit, ignoro, cū nunquam de talibus  
 aliquid legi, vel etiā audiui. Cognitor omnium Dominus hæc solus ordinauit, & sci-  
 re potest. Hi duo quāuis pij, tamen inter Episcopos non deberent ascribi: quia in be-  
 nedictione his confortes non valuerunt effici. Raco autem iussu dilecti senioris sui  
 ossa supradicti Papæ Benedicti, sicut ipse prælocutus est, de Hamburg Romam redu-  
 xit. Namque pater venerabilis, Dominus inquam Apostolicus, dum in exilio esset, in  
 Christi seruitio studiosus, & adhuc aquilonaris hæc pars optata pace gauderet, hîc,  
 inquit, fragile corpus meum debet resolui: Et post hæc omnis ista regio gentili gladio  
 40 desolanda, ferisque inhabitanda relinquitur, & ante translationem meam non vide-  
 bit indigena pacem firmam: quando cunque vero domi residero, Apostolica inter-  
 cessione paganos quiescere spero. In tempore præfati Cæsaris multi obiere pij, quorū  
 vitam ignoro, ac propterea de his sileo, de quorum numero quædam Comitissa, no-  
 mine Christina, prædij suimet, quod in Sturui ciuitate habuit, magnam partem san-  
 cto tradidit Mauritio in Magdeburg. Hæc vitæ huius celerem cursum cū in Chri-  
 sto viuens pertransiret, viii. Id. Martij ad diu oprati thalamum sponsi gaudens venit:  
 quod Gisilero, Archipræsuli tūc Parthenopolitano, in Quidilingeburg tunc moran-  
 ti, sic manifestatum. Apparuit ei quidam vir dicens ei: scisne, quod omnis militia cœ-  
 lestis exercitus se præparat ad aduentum Christo fidelis animæ, ac ad condignam  
 susceptionem talis spōsæ. Iam enim venit ad remunerationem atque ad æternæ mā-  
 50 sionis beatam spem. Qui cū euigilaret, Waltherdo, tunc præposito, primitus inno-  
 tuit, & cū is venerabilem matronam ex hac luce eadem nocte, qua hæc visa sunt,  
 migrasse mox audiret, seniori refert, & visionem suam dixit esse completam. Hæc bo-  
 na quæque conscientie legens secreto suæ, fuit cæteris matronis, quæ apud moder-  
 nos sunt, longè dissimilis, quarum magna pars membratim iniuste circūcineta, quod  
 venale habet in se cunctis amatoribus ostendit apertè. Cumque sit in his abomina-  
 tio domini, & dedecus seculi, absque omni pudore coram procedit speculum totius

Mathildis,  
Ottonis III.  
soror.

Conradus  
Dux Sueuo-  
rum.  
Hodo Mar-  
chio.  
Sigefridus  
Hodonis F.

Franco Episc.  
Wormaciensis.

Erpo & Raco  
Cæsaris Ca-  
pellani.

Benedicti Pa-  
pe vaticinū.

Somnium  
Gisilero.

Luxus matro-  
narum.

Mathilda  
Monacha cū  
Præmislaō  
matrimonii.

Hepo.

Falsus Mau-  
ricij vindica-  
tio.

Hoc genus nō  
egreditur nisi  
per deprecati-  
onem et ieli-  
num. Matth.  
17.

Helmstadiū  
tempore Ca-  
rolī M. con-  
ditum.

populi. Turpe ac nimis miserabile est, quod peccator vnusquisque non vult delite-  
scere, sed ad irrisionem bonis & ad exemplum malis præsumit procedere. In diebus  
illis nupsit Mathild sanctimonialis, filia Thiedrici Marchionis, cuidam Slauo, nomi-  
ne Præbizlauo, quæ postea à Brandeburgensis iniusto prouifore ciuitatis Boliliuto  
capta, in tantum constricta est, vt neque dominicam natiuitatem, nec aliam solenni-  
tatem vel ieiunio congruenti præuenire, vel festiuis celebrare gaudiis, potuisset. V-  
bi quendam puerum genuit, quem lugubriter educauit, posteaque tantæ solutione  
miseriæ & Abbatiam in Magdeburg indigna percepit. Cuius vir antea à cōfratribus  
geminis Vgione ac Vffico v. Calēd. Ianuarij occubuit. Huius frater Luidolphus no-  
mine, deposito clericatu arma sumēs vlticia multum nocuit nostris. Captus autem  
à Cæsare, iterum restitutus est gradui pristino. In temporibus prædicti Cæsaris fuit  
in vrbe Parthenopolitana quidam decanus. Hepo nomine, hilaris homo, & valde  
vtilis in monasterio, & maximè in choro: quæ cum iam senex, & in cūctis actibus suis  
maius esset, paralyfi subitò percussus obrutuit. Sed summi auxilio Medici psal-  
mos optimè potuit cum confratribus canere, ad cetera verò parum valuit aspirare, &  
in hac mirabili re laudāda virtus Christi cognoscitur, quæ seruiētī sibi fideliter vires  
suggerere in multis approbatur. Sed cum venerabilis pater in relicto habitu Mona-  
chico se nimis peccasse, facta cōfessione tunc ingemisset, idque hortatu fratrum in  
receptione eiusdem emendare voluisset, nō longè post Nonis Ianuar. obiit, sepultus  
ad sanctum Iohannem cum cæteris confratribus, cū quibus viuere deberet, si sic hu-  
mana fragilitate fieri posset. Prædictæ autem custos Ecclesiæ Ekkihardus, cognomi-  
ne Rufus, arte Grammaticus, & tunc Magister scholæ, cum in vna dierum altare ma-  
gnum & aureum, gemmis optimoque ornatum electro, si aliquid in eo deesset, con-  
siderare voluisset, ex improviso ab eodem deprimitur, & ex hac collisione tardatus,  
pecuniam suimet diu congregatam, larga manu distribuendam, Waltherdo com-  
misit præposito, & post paucos dies II. Non. Septembr. spiritum fidelem exhalauit.  
Quem non in aliqua re accuso, sed hoc veraciter scio, quod si quis sanctum offendit  
Mauritium, damni subsequētis non ignoret periculum. Huius thesaurum quidam  
iuuenis instinctu Diabolico cum nocte tenebrosa furari voluisset, in primoque ad-  
itu trepidare incipiens, desistere iam studiuisset, vt ipse post retulit, vocem quandam  
ad hęc audacter agenda exhortantem audiuit. Sed ille miser sumpta ibidem corona,  
celeriter in ipsa captus est, fractisque cruribus rotæ superpositus. Nec lateat te lecto-  
rem cuiusdam fratris mei cōstantia Hufuardi, ad quem iuxta me tunc dormientem  
cum diabolus insidiator noster callidus in nocte crebrò accederet, ac propè eum ia-  
cendi locum frustra peteret, ad vltimum, vt sibi pro accipiēda mercede voluisset ser-  
uire, suppliciter rogauit. At ille pius, votiq; non immemor Dominici, vt promissum  
sibi præmium in primis ostenderet, posteaque responsum suimet perciperet, postu-  
lauit. Tunc is, cōsimili, in fit, brauio, quo meum in occidēte nuper ditauī ministrum,  
• mihi consensurum remunerabo. Auditis talibus alloquiis presbyter hic veneran-  
dus, vt sæpe antea consueuerat, signo sanctæ crucis, & increpationibus asperis, hunc  
effugauit: cumque in occiduis partibus quendam clericum ob criminis sui magnitu-  
dinem laqueo suspensum esse cōperiret, nobis omnibus & antecedens & consequēs  
intimauit, & mirum est, cum omni dominica die ad dormitorium illud Christi crux  
vera portaretur, ille malignus talia facere est ausus. In illo itaque anno prædictus fra-  
ter, victor, vt spero, effectus, ac de commissis pœnitentia ductus, v. I. Calēd. Martij  
seculare periculum euasit: quem agonizantem mater sua, Bertha nomine, iam decre-  
pita consolatur, geminum patienter ferens dolorem. Namque tunc erat annua dies  
filiij suimet Bennonis, optimi militis, cui prius oculos abstulit Marchio Ekkihardus.  
Nec taceam Marquardi visionem, confrarris nostri. Hic, vt ipse ingemens retulit, du-  
ctus est in cœmeterium commune, vbi sepulchrum nimis incēsū vidit: & à ducto-  
re suo sic alloquutus est: in hanc ardentem tu citò debes proiici foveā, & Rudolphus  
te sequi deberet, ni modò in limine Ludgeri conuersus staret. Ambo enim hi fuerāt  
Monachi in monasterio confessoris prædicti, qui locum hunc, Helmestad vocatum,  
pro pietate sua construxit tēpore Caroli Imperatoris Magni, frater Hildegrimi Ca-  
thelauensis Episcopi sanctæque Halberstadēsis Ecclesiæ rectoris primi, quam tenuit  
XL. &

XL. & VII. annos, discedens ab hoc seculo regnante tunc Ludouico Imperatore Pio,  
 Dominicæ incarnationis DCCC. XXVII. anno. Luidigerus autem primus Mirminger-  
 deuordenſis Eccleſiæ paſtor, à Carolo Cæſare effectus eſt, & optimè ordinata ſui met  
 parochia, & loco Wirdunum ex propriis conſtructo impenſis, anno Domini DCCC.  
 VIII. præmium cæleſte recepit. Poſt quem prædictus Imperator nil niſi quinos vixe-  
 rat annos, emittens ſpiritum v. Calend. Februarij, LXXI. ætatis ſuæ anno, regni au-  
 tem XLVII. imperij verò XIII. Prædictus autem præbyter hoc anno, quo hæc vi-  
 dit, habitum reſumſit priſtinum, & obedientiam nouam: & non longè poſt xviii.  
 Calend. Maij obiit. Hæc quæ de confratribus meis dixi non arguendo, ſed potius vt  
 cauti ſimus, & bonos imitaturi, obſecrando locutus ſum. Regnante tertio Ottone,  
 Albi, filius Guncelini, à ſatellite ſuo in quadam ſylua ob inutilem cauſam eſt occiſus.  
 Cuius comitatum cum beneficio iuxta Mildam iacente Giſilerus Archipraſul accep-  
 pit. Huius Camerarius & confrater meus Gunerus, mortuo Dedone, Aſanbrunen-  
 ſis Eccleſiæ Epifcopo, charus Imperatori, & ſæpè fideliter ſeruiens, Italiam venit. Cū  
 que ibidem clementer ſuſciperetur, & in omnibus exaudiretur, in ſequenti nocte vi-  
 dit Chriſti martyres Crispinum atque Crispinianum ad ſe venientes, & ſi ſuum vellet  
 accipere Epifcopatum interrogantes. Quibus cū reſponderet, ſi Dominus vult, &  
 vobis placet, perfixus eſt ab his duabus haſtis. Et mox euigilās, nullatenus per ſemet-  
 ipſum potuit exurgere. Craſtino autem Cæſar, vicius infirmitatem comperit, fidele  
 promiſſum compleuit. Poſt hæc idem conualeſcens, domum rediit, acceptaque con-  
 ſecratione, cum magno dolore vixit penè IIII. annos, VIII. Calend. Decembris hoc  
 mutans temporalia in æternaliter manentia. Neſcio ſiquid Domino vel ſanctis mar-  
 tyribus ſuis in eo diſplicebat. Hoc vidi, & de cæteris audiui, quòd vir iuſtus, & bene  
 timoratus fuit, mitis & caſtus, & ſicut hi, cum quibus modò requieſcit, aſſerūt, pluri-  
 mum nunc valere apud Dominum, vt ſignis probatur in multis. Ego hoc veraciter  
 ſcio, quòd teum non bis vindicat dominus in idipſum. Prædictorum verò reuerenti-  
 am martyrum, in libris antiquioribus ſatis iacentem lector, vt à me cognoſcas, vnā  
 rem profero, quam frater meus Bruno in noua educatus Corbeia, & eiſdem altaris  
 ſeruus, de piorum relatu ſuorum mihi indicauit. Tempore prædicti Abbatis Luidol-  
 ſi in omnibus bonis admodum memorandi, erat quidam iuuenis confrater ſuus, &  
 regularis monachus: qui cū in ſibi commiſſo tunc moratus officio ſuprà nomina-  
 torum reliquias martyrum ſolito more ſecum veheret, incurioſeque tractaret, per-  
 ſenſit in pœna celeriter ſubſequenti, quòd peccauit in martyres Chriſti. Namq; mo-  
 ritur carnaliter, qui ſanctis domini ſeruire neglexit ſpiritualiter: & vt hoc prædicto  
 Abbati innoteſcerent, ante ianuas Eccleſiæ exeunti illi nocte obuiauerunt. Quos vt  
 primū aspexit, timore magno percuſus ſubſtitit, ſilentiumque ſeruauit. Cui protin-  
 nus talia dicunt: cur non interrogas pater qui ſumus, vel ob quam rem huc veniſſe-  
 mus? Qui cū retuliſſet eis, quòd non auderet, audiuit mox ab illis nomen eorū & cau-  
 ſam, & quòd hoc inultū nō relinqueretur. Diſcedētibus autē hijs Abbas confratribus  
 ſuis hæc indicauit, dicens: mortuus eſt ille iuuenis, qui in noſtra nunc erat obediētia,  
 de non cuſtodita ſanctorum, quos ſecum habuit, reuerētia, heu mihi talia nunquam  
 conſentienti. Et non longè poſt venit nūcius, qui hæc vera eſſe affirmaret, & corpus  
 eiſdem adduci intimaret. Venerabilis autem vir nec huic obuiam exire voluit, nec  
 fratris more ſolito illud ſuſcipere ſiuit, ſed iratus ad trūcum talia fatur: Quare tu pro-  
 terue eos, qui cum vnigenito domini viui filio, cum honore haberentur magno, ne-  
 gligenter tecum ducere auſus es? Decanus autem deſunctum fratrem interuentu vl-  
 latenus veniæ pro poſſibilitate ſua excuſans, tale à patre ſuo reſponſum accepit: Mi-  
 frater, amo te: ſcis quæ ſeruus ad oculum in tuo conſpectu is egerit, quòd verò abſen-  
 tialiter fecerit, ignoras. Ego autem optimè perpendo, qui hunc in tormētis grauibus  
 nūc intelligo. Et modò noſtrorum interceſſionem patronorum ſupplex peto, vt per  
 hos diuina pietas mihi innoteſcat, quando ei à ſe laxato mihi liceat peccatori abſolu-  
 tionem facere, & communionem dare. aſperum nimis eſt, equuleo recalcitrare, &  
 hominibus indecens, irata maiestate indulgentiam exhibere. Poſt hanc vocem pius  
 Abbas ad oratorium ſpeciale ſui met in rebus anxiiſ aſylum, nudis pedibus venit, &  
 more ſolito in ſe & alijs humanam fragilitatem deſſens, placauit dominum, & priori-

Luidigerus.

Wirdunum  
conditum.Dedo, Episc.  
Osnabrugens-  
is.  
Crispinus &  
Crispianus  
martyres.Bruno, frater  
Dismari.

*Migranea  
morbus capi-  
tu.*

*Eccardus  
Marchio Gi-  
sleri amulus.*

*Ramboldus.*

*Obiurgatio.*

*Conradus,  
Geronis Ar-  
chiepisc. auun-  
culus.*

nus cum multis gratiarum actionibus exurgens, diuina potestate corā fratribus cun-  
ctis defuncto crimen remisit, & corporis Ecclesiæ communionem ac sepulturæ de-  
dit. Nūc lector audisti de contemptu sanctorum grauem pœnam, modò accipies de  
amore continuo salubrem medicinam. Fuit olim sub tempore Godescalci, Abbatis,  
quidam Monachus, nomine Alaricus, cui in capite suo multū nocuit Migranea, quæ  
duplex: aut ex gutta, aut ex vermibus. Sed cū eūdem iam penè deficientem con-  
fratres custodirent, casu accidit, vt singulariter egredientes hunc dūtaxat solum re-  
linquerent. Tunc è cloaca egressi sunt dæmones, libros speciales in manibus habentes,  
eorum lectione graui infirmum de suis actionibus in scriptis in vanum terrentes. 10  
Namque inclytus Christi martyr intus illic ingressus eisdem fugam manu indixit, &  
iuxta eum stans, consolatur eum, & quis esset, protinus ei intimauit: ac data benedi-  
ctione, iurgere eum iussit, & hæc mandata prædicto Abbati celeriter deferre: Vide  
vt totæ admonitiones nostras sic incuriosè non accipias, ne in posterum vacua lamenta-  
tione gemas. Pro vero enim assero tibi, si amplius inobediens mihi eris, à domino  
contemneris, & te adhuc superstitio alium in tua sede dominum videbis. Hæc per  
Monachum ægrotantem pronotata Abbas negligens postea perfenfit. Vnde bono-  
rum crebrò hortatus hominum seruare, consilium nimis est salubre: quanto magis  
horum, qui merito suimet inter filios domini feliciter computati, voluntatem eius  
sciunt in euentu futurorum. Qui eunque temerarius sapienti non innititur consilio,  
videbit quis sit in semetipso. De talibus plurima habemus exempla, quæ imitatores 20  
suos ad elaboratum perducunt brauium, cū veniunt vltima. Augusto sæpe memo-  
rato Gislerus Archipræsul multum charus fuit, quod Ekkihardum Marchionē pri-  
mò latenter momordit, posteaque paululum emerfit, cū hunc in omnibus sibi pri-  
orem esse nō sine graui dolore perfenfit. Interim prædicti Comitis subditi quoddam  
furtum in oppido Goresm dicto fecere: quod nostri protinus inultum nō reliquere.  
Namque eos coram suis cōprouincialibus accusatos, laqueo suspenderūt, quia hoc  
præfato seniori, vt iustū erat, innotescere non nouerunt. Ob hoc furor Comitis non-  
dum extinctus accenditur, & miles eiusdem hæc ad vindicanda armari iubetur. Rā-  
baldus ab eo vnicè dilectus, collecta multitudine grandi, prædictam circumdedit vil-  
lam, virosque omnes cum bonis, quæ possederant, capiens secum abduxit ad urbem 30  
suam. Nec vllum ex his soluerat, nisi quem precium graue postea redimeret. Quali-  
ter autem tale facinus reconciliaretur, nostros id mihi conquerentes cū interro-  
garem, nullam subsequi emendationem ab his audiui, & grauiter ingemui. Si in hac  
prouincia aliquid valeret Lex diuina, non sic insaniret secularis potētia. Dico enim  
præsentibus atque futuris, quòd non potest hæc causa senescere, vel sine sacerdotali  
districtione finiri legitimè. Vnusquisque potest, in quantum velit, tacere, sed succes-  
sori suo indiscussam rationem nequaquam valet abalienare, & in quocunq; loco ali-  
quid tale oritur, ibi canonica auctoritate finitur, sicut sentiret voluntas cōepiscopo-  
rum, sicut legitur in actibus Apostolorum. Nec sic corroboraretur pertinax præsum-  
tio iniquorum, cū aliquis ex numero illorum rectè impugnatur ab alio quolibet: 40  
cumque id fieri potest, modò defenditur, & nō est hoc excusatio, sed ad multum de-  
teriora quædam iniusta, sibi que in posterum nocens, confortatio. Ergo redeant ad  
vnanimitatem, qui fideliter credant in vnitatem, vt eo fortius confundant venenatā  
peruersorum conpirationem. Et hæc dicta sufficiant. Nunc autem de quodam con-  
fratre meo, nomine Conrado, pauca loquar, ne sit apud me in aliqua obliuione, qui  
proximos suimet dilexit diuina iussione. Hic Archiepiscopi Geronis auunculus fuit,  
& ad peragendam iugem Christi seruitutem, vt in homine potest fieri, voluntas atq;  
efficacia in eo pariter conuenit. Audiui namque ab eodem sæpissime, quòd postquā  
aliquid cantando vel legendo publicè compleuit, iterum se id facturum studiosus o-  
pauit, nunquam inobediens præpositis suimet erat, sed eos caritate continuo cum 50  
cæteris confratribus subiugauerat. Sed tam venerabilis persona Cæsari prædicto vbi  
primò sit nota, mox ab illo efficiat amata, propinquitati que suimet coniuncta. Hūc,  
ne dignitatem opratam, & ab Augusto sibi præpositam, perciperet, mors immatura  
impedit, eundemque ab hac luce v. Calend. Septembr. abstulit. Hic genitus in Sa-  
xoniam, pausat in Italia, quem filium spiritualem flet Parthenopolis inclyta. Quæ egre-  
gios

gios proceres in hac vrbe vidi, quorum laudabilem vitam pro debito nec sum imi-  
 tatus, neque memoriam eorum post solutionem carnis assequutus. Heu me miserū, *Auctoris que-  
 relā.* qui tot tantisque immerito sum coniunctus in fraternitate, sed longè dissimilis exi-  
 sto in condigna cōuersatione. Ego in peccatis iam penè mortuus, vt spero, viam in  
 lucido conspectu domini, eorundem meritis refocillatus: quia etsi in hoc seculo pa-  
 rum boni operatus sum, tamen defunctorum semper memor sum. Volūtas mea in-  
 terdum bona, sed quia eidem vires aptas suggerere non studeo, parum prodest. Sem-  
 per me accuso, sed sicut debui eatum non soluo: sumque ideo in omnibus corrigi-  
 bilis, quia me non conuerto ad eum, qui super omnia laudabilis. Agnosce lector pro-  
 10 ceritatem, & videbis in me paruum homū cionem maxilla deformem leua, & latere  
 eodem, quia hinc olim erupit semper turgescens fistula. Nasus in pueritia fractus, ri-  
 diculum me facit, idque totum nil questus essem, si interius aliquid splendi-  
 scerem. Nunc sum miser, nimis iracundus & ad meliora inflexibilis, inuidus, subsannans a-  
 lios, ipse deridendus, nulli pro debito parcens, glutto & simulator. Vnicuique sit fas  
 non solum mutire, quin potius in aperto, quia peccator sum, dicere: & post correpti-  
 onem fraternam, congruit, suppliciter orare. Multi Apostolo laudantur, nisi pauca  
 res eis obstaret, quod inter optimos haberentur, & quia verum est, hominibus de per-  
 fectione iusta nimis deesse, quod prodest de inferioribus his tale quid promulgare.  
 20 Omnis laus in fine canitur, & moralis conuersatio igne probatur.

*Deformis  
 Episcopus.*

CHRONICI DITMARI,  
 EPISCOPI MERSEPVRGII,  
 LIBER V.

30 **H**enricus scandit, postquam puerilia vicit,  
*Ardua virtutum, natus de stemmate regum.*  
 Huic pater Henricus Dux, & genitrix erat eius  
 Gisa. suis meritis, aequans vestigia regis,  
 Conradi patris, Burgundia regna tenentis.  
 Nutrit praeclarum Wolfgangus Praesul alumnus,  
 Qui sequitur dominum toto conamine Christum.  
 Postque necem patris ductor successit herilis,  
 Eius & imperium longè spectat quoque chavum.  
 Maxima pars regni Slavo vastata crudeli,  
 Multum letatur, quod ab huius pace potuit  
 40 Sedibus optatis, in seque rapacibus armis  
 Prorsus depulsis, ac diua lege sedatis.  
 Inflatos omnes contra se deprimit hostes,  
 Demulcens socios iucundo fame cunctos.  
 Si quo deliquit modicum, statim respiscit.  
 Fructibus ac dignis curabat vulnera carnis.  
 Vtilis Ecclesiae cunctis miseratur vbiq̃.  
 Mersburg si scires huius pia vota, sitires  
 Aduentum tanti rectoris, & in chya Christi  
 50 Munera laudares, condignaque premia ferres.



**L**ARGIFLVS diuinæ pietatis respectus humanæ necessitati, non  
 nostri merito, sed suæ miserationis munere gratuito, superabun-  
 dans, fidelium corda suorum ad laudem suam, & ad referē-  
 das ei grates, accendit, ac me stultum ingenio, præpeditum elo-  
 quio, ac in omnibus negligētē, & nimis otiosum, bonos in hoc  
 imitari compellit. Magnus est enim Dominus, vt David testatur,



& laudabilis valde, cuius sapientiæ numerus non inuenitur vllus, qua omnia ex nihilo creauit, hominemque solum dūtaxat conformauit. Qui dum talia, immemor beneficiorum, non perpendit, iumentum in suo stercore computrescens iuste appellatur. Sed quicumque hoc verbum *γνώσις σαυτοῦ*, in superliminaribus templi antiquitus notatum, intra se memoriter retinere, omniaque, quæ in verbis seu operibus faciendæ sunt, in nomine Domini, vt sanctus admonet Paulus, satagit implere, ille est qui à patre Domino in filium optatus, denario, quamuis tardè veniat, remuneratur diurno. Hæc ego considerans, quia retributione condigna sanctæ trinitati, & indiuiduæ unitati, respondere nullatenus valeo, sancti Iohannis Baptistæ intercessionem, vt corde & corpore ad hoc idoneus reddar, supplex efflagito. De temporibus autè his, in quibus respexit Dominus Ecclesiam nostram, opprobriumq; eius auferre dignatus est, latiori mente & latiori stilo scribere, pietatemque Ducis Henrici summa præordinatione in regnum electi, conor retere. De quo post mortem Imperatoris cuidam venerando patri reuelatione diuina sic dicitur: Recordaris, frater, qualiter cecinit populus: Domino nolente, voluit Dux Henricus regnare, nunc autem debet Henricus diuina prædestinatione regni curam providere, omniaque quæ ad diuina vel humana perinebant. Hunc igitur præ cæteris sibi tunc contemporalibus, nollent vellent, ad regnum promouebant. Sed quis ex nostra regione ei obesset scrupulus, paucis iam præscribens, occidentalium iniquam præsumptionem, neque cōsilio neque prudentia neque fortitudine contra Dominum valentem, enucleabo. Hermannus Alamanniæ & Alfatia Dux, timoratus & humilis homo, à multis, quibus lenitas eius placuit, seductus, contra Henricum se armavit. Theodricus verò Luthariorum Dux, vir sapiens & militaris, quo se pars populi maior & melior inclinaret, securus expectabat. Interim patruus meus, de quo superius memorauimus, profectus est occultè ad Bauenberg cum auunculo suo Ricberto, quem à Comitatu suo Imperator deposuit, Luidgeroque, Arnulphi præsulis militi, dedit: gratiam Ducis quærens, ac spe retinendi & augendi beneficij. Nam etsi seruato adhuc sacramento, manus eidem non applicuit, tamen cum sui nepotis Henrici auxilio adeptus est. Huius consilio Dux quendam militem ad ciuitatem, quæ Werlu dicitur, ad neptes suas conforores, Sophiam & Ethelheidam & ad omnes qui tunc ibi conuenerunt, regni primates, misit. Quo omnibus in vnum collectis, legationem suam aperuit, auxiliantibusque domino suimet ad regnum, bona plurima promisit. Cui mox à maxima multitudine vna respondit: Hæc Christi adiutorio, & iure hæreditario, regnaturum: se paratos ad omnia quæ sibi vnquã scirent esse voluntaria. Hocq; dextris manibus eleuatis affirmatur. Ekkihardus cum suis, quia præsens non erat, simulata tunc patientia hoc pertulit: quia quicquid peccatur à multis, vt scriptura testatur, inultum est. Vespere autem iam facto, cum præfatis dominabus in magna domo, sedilia aulæis ornata, & mensa esset variis cibis referta, Ekkihardus eandem præoccupans cum Arnulpho Episcopo & Bernhardo Duce ibi epulatur. Ante ruinam enim exaltabitur cor, & antegloriam humiliabitur. Quod merentem confororum prius tristem, ceterosq; complures, qui interfuere, commouit multum, renouaturque in eundem odium diu celatum, sed citò, proh dolor, finituum. Namque cum prædictus Marchio omnia aliter, quam vnquam speraret, ibi prouenire perspexisset, optimum duxit, vt occidentales visendo regiones, Hermannum Ducem cum cæteris optimatibus de Reipub. siue commoditate alloqueretur. Salutatis postera die suis familiaribus, inimicisq; cautè notatis cum Berwardo antistite Hildensheim venit, vbi vt Rex suscipitur, honorificeque habetur. Deinde ad Pathebrunnam pergens, clausas inuenit portas, & iussu venerabilis Retharij Præsulis intronissus, primò Ecclesiam causa orationis intrat, postque ad domum, vbi Episcopus cœnabat, veniens, caritatiuè susceptus est. Ibi tunc dictum est huic, quod colloquium in Duisburg, cuius gratia huc venerat, fieri nullo modo potuisset. Insuper animaduertit, multum displicere antistiti de incepto eius inconuenienti, & propter hoc abiens, cum ad Northheim, Sigfridi Comitatus, veniret, diligenter susceptus est, atque vt ibi pernoctare vellet, rogatur. Intimauerat huic occultè domina Ethelind Comitissa, quòd Sigfridus & Benno, senioris suimet filij, cum confratribus Henrico & Vdone, aliisque conspiratoribus suis de

*γνώσις σαυτοῦ*  
*rov.*

*Hermannus*  
*Alamanniæ &*  
*Alfatia Dux.*  
*Theodricus*  
*Luthariorum*  
*Dux.*  
*Ditmaripater*  
*trius.*

*Henricus Im-*  
*perator dis-*  
*gnatus*  
*Eccardus*  
*Marchio im-*  
*perio occidit.*

*Studet rebus*  
*novis.*

*Hildensheim.*

*Patheborna.*

*Duisburg.*

*Sigfridus,*  
*Comes Nort-*  
*heimij, eiusq;*  
*filij.*

*nece*

nece sua positus tractarent insidiis, suppliciter efflagitās, vt ad ibi vsque in crastinum maneret, seu aliò diuerneret. Talia Comes benignè suscipiens, propositum itineris propter eos interrompere nequaquam posse nec velle respōdit. Inde protinus discedens, cautè suos per omnē diem hanc circumspexit, & vt optimus erat miles, ne tererentur, admonuit. Quod eminus hostis è latentibus insidiis considerans, quia non vile tunc videbatur, distulit, & sequenti nocte inceptis persistere, dextris confirmauit. Peruenit autem Comes ad locum prædestinatum, qui Polithi dicitur, & factò vespere comedit, & in lignea caminata cum paucis dormitum iuit. Cæteri verò quàm plurimi in proximo quiescebant solario. Quos cum sopor oppidò lassos grauaret, inimica manus incautos opprimens inuasit, Comitēque clamoribus immensis excitatum, à lecto celeriter surgere compulit. Is verò braca suimet & quibuscunque potuit, igni vires suggerit, & quod tunc præmeditari non valuit, fractis fenestris maiorem nocendi quàm se defendendi hostibus aditum patefecit. Nec mora, prætoribus occiditur miles Hermannus, & exterius ad auxilium domino properans Atulfus, ambo fortes, & vsque ad mortem fideles. Vulneratur insuper Erminoldus, Imperatoris Camerarius, ac solus tunc repugnat Ekkihardus, vir domi militiaque laudabilis, cui Sigfridus, hasta fortiter emissā, nodum ceruicis infregit, terramque oppetere compellit. Quo casu protinus perspecto, alacriter omnes irruunt, caput amputant, & quod miserum, funus prædantur. Facta sunt autem hæc 11. Cal. Maij. Peracto tandem immani scelere, percussores læti & incolumes redeunt. Hi autem qui in solario erant ignaui, nec dominum laborantem in aliquo adiuuabant, nec mortuum vlcei conabantur. Abbas verò eiusdem loci, Alskerus nomine, corpus visitauit, ac cōmendationem animæ summa deuotione perfecit. Quæ verò sit causa, quæ hos ad tale factum perpetrandum persuaserit, veraciter explicare nequeo. Quidam dicunt, Henricum instinctu prædicti Comitē ab Imperatore flagellis cæsum, hæc sæpius in eum meditatū fuisse. Alij autem aut, sicut prædixi, in Werlu ob contumeliam consoribus illatam: quia istilibenter his seruebant: ac per conuiuia minasque ab ipso sibi manifestatas, hæc eos incepisse. Hoc tantum scio, quòd decus regni, solatium patrie, spes commissis, terror inimicis, ac per omnia perfectissimus foret, si in humilitate solū persistere voluisset. Huius vitæ cursum quàm probabiliter egit, hoc etiam testificatur, quòd apud dominum suimet beneficij maximam partem acquisiuit in proprietatem: Milcienos à libertate indita seruitutis iugo constrinxit: Boiemiorum Ducem Bolizlauum, qui cognominatur Ruffus, ad militem sibi, aliumque ad amicum familiarem blanditiis, ac minis adipiscitur. Super omnem Turingiam communitotius populi electione ducatum promeruit: Comites verò oriētales, paucis tantum exceptis, regnumque in spe, habuit. Quæ omnia ad tam miserabilem hunc detraxere finem. Huius fama diu mox propagata, dominam Suonchildam venire fecit obuiam, filijque eius læticiam turbauit Hermannī. Is namque cum iussu patris Wilhelmi Comitē, senectute ac omni bonitate proficuum, ob vindicandam Widikindi & Hermāni necem, à filio suimet eis inlatam, valida manu in Wimari possideret, emeritumque senem in præsentiam prædicti Comitē venire, & quicquid ipse ab eo exposceret, implere constringeret iuramento, accepta nece parentis improuisa, cum matre celeriter occurrit, patrisque corpus ingentiluctu suscipiens, in vrbe quæ Iena dicitur, sepeliri fecit. Peracto autem tricesimo die, domina Suonchilda ad Misni proficiscitur cū filiis. Interim Bolizlauus, Misesonis filius, patri longè inferior, de morte lætatur Comitē Ekkihardi, moxque electo exercitu, omnem Geronis Comitē Marchiam citra Albim iacentem, deindeque præmissis obsidibus Budislinam ciuitatem cum omnibus ad pertinentiis comprehendens, statim Strelam urbē inuasit, Misnes pecunia corrumpere clam tentans. Qui nouis semper gaudentes, in vna dierum, cum præsidij maximam multitudinem, ob acquirendam equorum annonam, exisse comperirent, portam, quæ orientem respicit, in ea parte, qua satellites habitant, dicti Slauonicè Vethenici Cukesburgiens, Guncelino ad hoc Duce irruunt, Breccionemque, Hermannī Comitē satellitem, primò occidentes, ad caminatam eiusdem omnes armati conueniunt, fenestram lapidibus impugnant grandibus, dominum vrbs, Ozerum nomine, sibi ad occidendum reddi vociferantes. Sed Ditmarus mi-

Eccardi Man-  
chionis cades.

Causa ex dte  
Eccardi.

Elogium Ec-  
cardi & res  
gestæ.

Boleslaus Rus-  
sæ Boiemus.

Suonchilda  
Eccardi Mor-  
Hermannus F.  
Wilhelmus  
Comes.  
Pinaria.

Iena:

Boleslaus,  
Misescom F.

Budisina:

Strela.

Misneses:

Guncelinus:

*Ditmari ani-  
mi presentia.*

*Misna Bolez-  
lao dedita.*

*Boleslai suc-  
cessus.*

*Miseco domi-  
ni seruitus.  
Boleslaus Ca-  
sari ueliga-  
la.*

*Boleslaus Bo-  
iemus.*

*Hermannus  
Dux.*

*Henricus Caf.  
Magontie in-  
auguratus.*

*Expeditio in  
Alemanniam.*

*Argentina  
ducatu Alem-  
annia caput.*

*Augea insula.*

les ex cubiculi sola munitione, quare sic, inquit, agitis? quis furor vos ita seduxit? ut ob-  
liti beneficiorum Comitis Ekkihardi, spontanea que inuitationis, sic assurgitis in per-  
niciem filij? si causam tanti facinoris seu publice seu clam cuiquam nostrum vultis a-  
perire, commissi emendationem vobis complacitam, futuri que timoris vestrum se-  
curitatem ex mei senioris, nostrorumque omnium parte, firmiter, qualitercunque  
vultis, promitto. Hunc quem in mortem vobis dari inclementer exposcitis, nobis vi-  
uentibus, non accipitis. Pauci sumus, aut communiter mori, aut incolumes vrbe hac  
nos exire pro certo sciatis. Tunc illi auditis sermonibus his, colloquuntur, abeundi-  
que licentiam his præstantes, Ducem Bolizlauum per internuncios inuitant, portif-  
que eundem suscipiunt apertis, completurque quod scriptum est: Latatur cum ma-  
le fecerint, ac exultant in rebus pessimis. Et iterum: Sunt principia eorum vt mel, &  
nouissima quasi absinthium. Hac elatus prosperitate Bolizlaus omnes regionis illius  
terminos vsque ad Elstram fluium præoccupauit, præfidiisque suimet munit. Con-  
gregantibus se tunc vnanimiter ad hæc prohibenda nostris, dolosus ille legatum ob-  
uia in misit, qui se protestaretur, cum gratia Henrici Ducis ac licentia hæc incepisse:  
in nullo se in uolis nociturum, & se, quando is in regno vigeret, voluntati eiusdem in-  
maduertentes nostri, verbis credere phaleratis, & inhonestè, quasi ad dominum,  
ad eundem profecti honorem innatum supplicatione, & iniusta seruitute mutabant.  
Quàm iniquè comparandi sunt antecessores nostri & contemporales? Viuente egre-  
go Hudone, pater istius Miseco domum, in qua eum esse sciebat cruce natus in ira-  
re, vel eo assurgente, nunquam præsumpsit sedere. Dominus indulgeat Imperatori,  
quod tributarium faciens dominum ad hoc vnquam eleuauit, vt oblita sui genitoris  
regula, semper sibi præpositis auderet in subiectione paulatim detrahere, vilissimoque  
pecuniæ transeuntis inescato hamo, in seruitutis libertatisque detrimentum capere.  
Alter autem Bolizlaus, Boiemorum prouisor, cognomèto Ruffus, & impietatis au-  
ctor immensæ, antiquo more iam paululum refrenato, Duci aspirauit Henrico. Qui  
initio mēsis Iunij cum primis Bauariorum & orientalium Francorum Wormatiam  
venit, causa Rhenum ibidem transeundi, Magontiaque benedictionem accipiendi.  
Quod prohibere Hermannus Dux nititur, nullumque eis patefecit, Rheno fauen-  
te, ingressum. Dux autem Henricus habito de his rebus cum suis consilio, simulato  
in Bauariam reditu, transituque quasi desperato, ad urbem Larem, vbi sanctus re-  
quiescit Nazarius, venit. Deindeque ad Magontiam celeriter properando, Rhenum  
securus enauigat. Hic v i i. Id. Iunij ibidem communi deuotione in regem electus,  
à Willigiso, eiusdem sedis Archiepiscopo, suffraganeorumque suimet auxilio, acce-  
pta regali vnctione, cunctis præsentibus Deum collaudantibus, coronatur. Fran-  
corum & Muselenensium primatus, Regi manus tunc applicans, gratiam eiusdem  
meruit. Omnibus huc vndique confluentibus, in militiam à rege susceptis, rursus  
Rhenum inundantem Rex nouus, transiens, per orientalem Franciam, sibi quàm fi-  
delem, Alemanniam inuadere, & cum depopulatione illius terræ, ab inceptis Her-  
mannum resistentem conatur auertere. Dux autem vt audiuit sua à rege prædata, non-  
dum volens humiliari, sed pro dolor, contra dominum & regem exaltans se, caput  
ducatu sui Argentinam, quæ Strasburg dicitur, quia Episcopus eiusdem urbis Wi-  
celinus sibi resistere præsumpsit, cum Conrado suimet genero, milite petito armato:  
murosque ascendens, nil victis reliquit. Nam execrata Alemannorum turba, ad ra-  
piendum promptissima, in scio Duce, maiorem Ecclesiã sanctæ Domini genitricis in-  
trepida intrans, omnem thesaurum diripit, & quod maximum erat facinus, igne do-  
mum domini consumpsit. Si verè fœlix fuisset, primi ingressus acerbitate deterritus,  
nunquam maiora aggredi præsumeret. Nam antistitis militibus, Reinhardo aucto-  
re, infideliter repugnantibus, maxima hostium caterua irruens, proprio perfossa ha-  
stili corruit, vitamque hanc diuina ultione, miserabiliter finit. Hæc Hermannus in-  
solabili questus mœrore, discedit, inultumque, quia defendit numerus, reliquit. Regi  
autem apud Augeam insulam natiuitate sancti Iohannis Baptistæ commoranti, fa-  
ma velox, & sæpissime dubia, Hermannum Ducem, litem duello causa finiendi, ve-  
nire nunciauit, eundemque hinc discedere, aduentumque Ducis cum iudicio pugnae  
in pratis

in pratis virentibus, ac latis, fecit expectare. Ibi tunc Apostolorum celebrans festa, longumque certitudinem prestolans, Ducem inceptis persistere neque velle neque posse pro certo comperit: cōsultum ei à maleuasis fautoribus, quòd Argentinæ damnum Cōstantia impleret. Namque eiusdem ciuitatis Episcopus, nomine Lambertus, cum Curienti pastore Othelrico, Hermanno auxiliabatur non tantum ex animo quantum in ciuitatis cōtiguò. Sed Rex, vt erat de Domini timore sollicitus, & de acquirendis certus, horum prophanæ spei cōsilia, curtesque Ducis vastando circuiens, ad vltimum clamore deuictus pauperum, ad Franciam remeare disposuit. Et ecce Henricus Comes, Bertoldi amitæque meæ filius, ad regni apicem acquirendum regi vsque huc fidelis adiutor, animaduertens senioris sui sibi paululum alienam mentem, per optimos exercitus eiuſdem viros diu firmiterque promissum Bauarij regni ducatum dari postulauit. Quibus Rex tale fertur dedisse responsum: Nonne scitis, hæc in hac expeditione nequaquam fieri posse: Bauarios ab initio Ducem eligendi liberam habere potestatem: non decere tam subito eos abiicere, eiusque constitutionis antiquæ ius absque consensu eorum frangere: si voluisset expectare, vsque dum ipse ad has regiones venirem, cum communi consilio Principum eorundem ac voluntate, sibi libenter in hoc satisfacere. Quod vbi Henricus ab internuntiis accepit, in maiorem promissi muneris desperationem veniens, paulatim se ab regis subtraxit familiaritate, comitaturque tamen regem ab Alemannia proficiscentem in Franciam, postea ad Turingiam. Ibi Wilhelmus Turingiorum tunc potentissimus, obuiam pergens, dominumque venientem cum magna gratulatione suscipiens, miles regis efficitur. Ibi tunc Rex à præfato Comite, & à primis illis regionis collaudatur in dominum, & ab omni populo rogatus, debitum his remisit cēsum. Inde Merseburg veniens, susceptus est ab Heimone Abbate, & à fideli suimet Comite Esicone, qui hanc urbem & Alstidi ac Thornburg cum appertinentiis, viuente Ekkihardo, hæcque grauius ferente, viriliter vsque in præsentiam oprati senioris seruauit. Huc conueniunt Archiepiscopi, Luizo Bremensis, & Gisilerus Magdeburgensis, cum cæteris cōfratribus Rhothario Patheburnensi, Bernhardo Hillinēsemensi, Arnulpho Halberstadenſi, Ramwardo Misnensi, Bernhardo Ferdensi, Hugone Cicensi: Ducibus autem, Bernhardo ac Bolizlao, cum Marchionibus Luthario & Gerone, ac Palatino Comite Friderico. Redarios & hos, qui Luitici dicuntur, misericorditer suscepit, hæcque rebelles munerum dulcedine, promissionumque iucūditate, sedauit, & de inimicis familiarissimos effecit. Post hæc rogationum dies à Christi fidelibus iugiter colendos, Merseburg celebrans, de aperta Bolizlaur Ducis & Henrici Marchionis rebellionē intimatū est. Proximum pētecostes festum in Halberstidi à rege celebratur. Post hæc ad Bauariam tendens, Henricum auxilio Bolizlauri resistētē, primò deuincere, posteaque positas à longè insidias amouere conatur. Comperit etiam ad hoc, quòd Ernestus, ab eo nuper honoratus, & dominus Bruno, frater suus, cum eo iniuste conspirauerant, ignorantēs quòd scriptum est: Virtus consilij experta mole ruit sua. Rex autem ob sedandam horum arrogantiam, familiares suos vndiq; secus colligens, intrate Augusto, bona præfati Comitē inuadēdo vastauit, eūq; vbiq; extra urbē potuit, inuitū latitare compulit. Dicat aliquis non ignorans causam tantæ præsumptionis, necessariò eum hoc fecisse: sublimioribus non congruere potestatis, tam firmiter promissa cuiquam fideliter seruienti subtrahere, deuotionemque cæterorum abalienare. Quibus reciproco: nullam in hoc seculo esse dominationem, nisi à domino: & qui se contra eam erigat, diuinæ maiestatis offensam incurrit: subitanēam iniquæ mentis inflationem patientiæ gubernaculo debere retrahi, & cum humili supplicatione consolationem expectare sibi veraciter præfuturam: satiusque arbitror esse, altius de die in diem ascendere, quàm ruinam inexuperabilem subito incurrere. Libenter nepotem meum aliqua ex parte defenderem, si veritatem, à cunctis fidelibus honorandam, polluere auderem. Approbata sunt in multis antiquorum prouerbia: Inueterata populi facinora parere noua mali pudoris detrimenta. Namque patri regis, genitor istius, nō vt miles, sed vt inimicus sæpe resistit, Imperatorisq; partem, vt ipse testatus est, ob confirmatam sacramentis gratiam adiuit. Similiter & iste, vsque in finem vltimi Ottonis ei fidelis erat, senioriq; suo vsque

Lambertus  
Episc. Cōstanti-  
ensis.

Henricus Co-  
mes ex amico  
Cæsaris ho-  
stis.

Wilhelmus  
Turingus.

Esico Comes  
Merseburg.

Bernhardus  
Dux.  
Fridericus Pa-  
latinus.

Bruno, Henri-  
ci Imperator.

Doctrina ho-  
na.

Henricus et  
pater Bertol-  
dus Imp. fi-  
deles.

*Reges iniuria  
vā memores.*

*Proditor ex-  
tremē infā-  
mis.*

*Boleslaus Po-  
lonus.  
Casarius gaza  
direpta.*

*Poloni capti.  
Bucco, Hērici  
Com. frater.*

*Otto alter  
Hērici frater.*

*Boleslaus Po-  
lonus Casarius  
hostis.  
Guncelinus.*

*Boleslai expe-  
ditio.*

*Strela.*

*Lumacia  
pagus.*

ad hæc infelicia strenuè ministrabat tempora. Sed regi secreto mentis latebat re-  
positum patris, sui que scelus infinitum. Spero autem, quod hoc omne pro amore Chri-  
sti inultum sæpe relinqueret, si hunc tam crudeliter, & cum cæteris sibi contrariis a-  
pertè sibi renitentem non cerneret. Henricus Marchio quamuis in hoc crimine so-  
lus culpabilis appareret, tamen absque consilio aliorum hoc primitus non aggredi-  
tur: & quia pro magno dedecore in hoc seculo proditor habetur, maluit hoc con-  
scientia gementi celare, quàm sui damnum aliorum augere detrimentis, & ob hæc,  
qui prius viriliter suam ab hoste defendere studuit patriam, tunc aperuit huic in rapi-  
nam. Mittitur ei clam à Bolizlao auxilium, nihil sibi omnino proficuū. Venienti au-  
tem tunc regi ad locum, qui Hatheresbug dicitur, omnem thesaurum suum se præ-  
cedentem, Maganus, Comitis prædicti miles, cum suis corripit, actumque intra illos  
diuidēs, ad Amardelam ciuitatem lætus reuertitur. Quos Rex ponè insequutus pos-  
sedit, & impositisque bellorum instrumētis, eos vitam solùm, reddita vrbe & præda,  
fidis intercessoribus postulare compulit. Tunc destructa penitus eadem, diuisaque  
inter suos Poleniorum multitudine, Rex in ad Crusni castellum, in quo frater Co-  
mitis Henrici, Bucco nomine, dominā suam Gerbergam cum filiis custodire debe-  
bat, proficiscitur. Exercitum autem vndique secus circumfidentem Henricus Co-  
mes cum suis exterius impugnabat vulnerans, aliosque incautè frumentum equis  
congregantes, perimit. Quod ne amplius fieri potuisset, Rex curiosè præuidit, posi-  
tis militibus quadringētis, hostemque secretiora quædam petere loca coëgit. Quem  
ibi castrametantem rustici vnus incontinens lingua custodibus prodidit. Hi autem  
medij feruore diei illò latentibus tendentes insidiis, vt primùm castra visis agnouere  
toritiis, alia voce per Kyrie eleison socios conuocātes, hostes, relictis ibidem omni-  
bus suis, capto solùm Ernesto, effugarūt. Reuersi tunc iidem, ex magna parte tristes,  
efficiunt consodales admodum lætantes, præsentatoque regi captiuo, capitalis sen-  
tentia à iudicibus decernitur, quæ Maguntini Archipræsulis Willigisi intercessione  
supplici, & quæ regi placuit, redemptione amouetur. Tunc audita senioris sui fuga,  
Bucco Comes graui dolore concutitur, ac quid sibi tunc foret faciendū, socios con-  
sulit. A quibus diuersa percepit responsa. Quidam dixerunt, obsidem seniori suimet  
promissam, ac ignauiam perpetuò eis imputandam: mori malle, quàm vrbe cum  
tali pignore regi vnquam dare. Superstite adhuc seniore suo auxilium semper spe-  
rare profuturum. Alij autem qui plus sapiebant, atque torrenti & homini potenti ar-  
duum esse testabantur resistere, deuictos ratò aut nunquam promereri veniam, in-  
columes, & nullo se tunc vulnere tardatos, cum domina suimet cæterisque bonis ac  
hospitibus abeundi licentiam apud regem imploratuos affirmabant. Horum, vt o-  
pinor, consilio custos eiusdem ciuitatis Bucco cum Ottone, germano suimet, domi-  
nè loquitur, eiusque suffragiis vrbe regi potestati tradidit, ipse autem cum omni-  
bus sibi commissis securus abiit. Cōfestim ciuitas radicitus dirui à rege iubetur. Sed  
parentibus huius rei auctoribus, magna ex parte cum ædificiis seruatur. Interim dū  
Rex Hērici Comitis vrbe, Crusin vocatam, possedit, Bolizlao eum in aliquo læ-  
dere summo opere nilus, clam exercitum colligit, & per nuncios suimet Guncelinum  
fratrem hortatur, vt memor firmæ promissionis, vrbe Misnensem suæ redderet di-  
tioni, amicitiamque renouaret pristinam. Ille autem sciens, istius ingressu à gratia Re-  
gis, & à domino tali se penitus exclusum iri, mandatis talibus respondit: Omnia quæ  
præter hæc à me expetis, frater, libenter impendo, & si vnquā hæc faciendi opportu-  
nitas accidit, non recuso. Sunt mecum senioris mei satellites, qui talia non patiuntur,  
& si hoc publicatur, vita mea cum omnibus quæ possideo, periclitatur. Hac legatio-  
ne accepta Bolizlao, internuntios custodiri, & legionem ad Albim properare ius-  
sit. Hic qualitatem vadorum secreto perquirens, mane factò ipse sublequitur, & ad  
Strelam ciuitatem, quia suæ dos erat filia, mandat, vt nec sibi quicquam timerent,  
neque cum clamore illato conuicinos de hac re certos efficerent. Nec mora, exerci-  
tus iussu Ducis in quatuor diuiditur, & ad Cirin castellum vespere conuenire præci-  
pitur. Dux autem phalanges præmissæ, ne sui aliquam à Marchione molestiam pate-  
rentur, prouidere studebant. Totus hic pagus, qui Glomaci dicitur, optimè tum ex-  
cultus, in vna hac die, igne, gladio & habitatoris educatione flebiliter desolatur. Sed  
qualiter

qualiter is, qui omnes crebrò fallere solebat, à quibusdã; qui in Mogilina vrbe sede-  
 bant, deluderetur, memorare libet. Hi cùm à legione ad eos missa impugnarètur, cur  
 sic facitis? inquit. Vestrum seniore[m] optimum scimus, & hunc nostro præponere  
 volumus, tantùm præcedite, & nos cum familiis & possessionibus vniuersis subsecu-  
 tuos non dubitate. Talia orantes, non amplius vexabant hostes, & seniori suo hos  
 aduentare pro certo nunciabant. Sed cùm commilitones ad condictum serò con-  
 fluere locum, hosque domi sedere, Dux cerneret, multum irascitur, & mendacibus  
 sociis pœnas minatur. Postera luce orto iam sole præda innumerabilis præmittitur,  
 & magna pars hostium Albi immergitur. Cæteri domum redeuntes illæsi, diuidunt  
 10 prædam, seniori suo optima quæque assignantes. Non fuit minor captiuorum nu-  
 merus quàm tria millia, & vt præsentem affirmabant, multo amplius. Henricus vero  
 Comes se iam defecisse animaduertens, ad urbem Crana dictam properat, ibique Sig-  
 20 fridum, filium Comitis Sigfridi, iuuenem, auxilio se expectatam collato inueniens,  
 nec sibi neque huic vllam in rebellione spem in his partibus promisit. Tandem cum  
 eo multa loquutus, eandem incendit, atque ad Bohemiæ tunc inuasorem Bolizlauum  
 cum domino Brunone residuisque fautoribus concessit. Sigfridus verò spe palam re-  
 sistendi frustratus, non eos comitatur, sed de futura commissi emendatione certus  
 reuertitur. Rex autem ad Cranam hostem insequutus fugientem, leniuit in hos suimet  
 30 animum, quòd agnouit se inimicum in destruendis præoccupasse. Misit tunc Hen-  
 ricum, Wirzburgensem Episcopum, & Erkanboldum, Fuldensis cœnobij Abbatem,  
 vt Swinfordi castellum incenderent atq; diruerent. Quos aduentantes Henrici Co-  
 mitis inclyta mater Eila nomine, vt tales decebat personas, suscipiens, & salutans, vt  
 præcepta intellexit regalia, perturbatur, concitoque cursu ad Ecclesiam properans  
 ibidem ignis concremationem prius sustinere, quàm hac comburere viua vellet ex-  
 ire, testatur. Vnde seniores præfati, ob Christi amorem seculares postponendo timo-  
 res decretam mutabant sententiam, murosque vrbis ac ædificia solo tenus frangen-  
 tes, tristem matronam his mulcebant promissis, si quando cum gratia Regis id fieri  
 potuisset, hoc totum ex sua parte se renouaturos. Rex autem deuastata omni Comi-  
 40 tis proprietate, & cum beneficio latè diuisa, ad Baueberg venit, ibique exercitu suo  
 bona cum pace dimisso, natiuitatem domini genitricis solè[n]ibus celebravit gaudiis.  
 Inde profectus ad syluam Spehteshard nūcupatam, laborem expeditionis delinuit  
 suauitate venationis. Completa ibidem autumnali iucunditate, per Fraciam transit  
 ad Saxoniam, indicens his proxima hyceme suam ad Milzicni expeditionē. Post hæc  
 natale domini in Polithi more priorum diuinitus ac humanitus honorando peregit.  
 Deinde ad Dornburg veniens, Willigisum Archipræsule[m] cum cæteris familiaribus  
 ad Gifilerum misit Archiepiscopum, tunc nimis infirmum, vt memor domini, quic-  
 quid in destructo Merseburgensi Episcopatu hæctenus deliquit, hanc resumendo,  
 iniustamque sedem relinquendo, in vltimis saltem emendare voluisset. Hunc primò  
 50 propter Hermannū, quem sibi idem semper in regnò summo opere conabatur præpo-  
 nere, odiuit: posteaque data huic suimet gratia, inter familiarissimos habuit, commif-  
 sisque ei omnibus in Saxonia suimet proprietatibus, fidelem in his persensit prou-  
 isorem, multa quæ tunc suæ arridebant voluntati per eundem complens. Tandem ze-  
 lum domini amplius ferre non valens, perfectò hūc persequutus odio, hos, sicut præ-  
 dixi, misit nuncios. Quibus vix talibus respondit: Dentur mihi trium vel quatuor in-  
 ducię dierum, & mihi liceat abire: Quibus transactis, certa vobis referam. Hoc apud  
 Regem impetrans, & in curru, vt diu tunc solebat, exiens ad Thriburi curtem suam  
 venit, ibiq; duos commoratus dies VII. Calend. Februarij migravit ab hoc seculo.  
 Quo audito, Rex corpus Archiantistitis præcedens, vsque ad Magdaburg subsequi-  
 tur, præmittens eò Capellanum suimet Wigbert, vt de electione Tagmonis vnanimè  
 60 confratrum voluntatem impetraret. Sed præpositus eiusdem ciuitatis, Waltherd no-  
 mine, conuocatis in vnum confratribus vniuersis, obitum senioris & aduentum re-  
 gis pariter indixit, obsecrans, vt inuicem vnum aliquem inquirerent, cum quo anti-  
 quam eligendi consuetudinem retinerent. Cui ab omnibus illico respondetur, eun-  
 dem se communiter velle in dominum, diuina ad hoc fauente gratia, habere. Hoc  
 cum magna, vt decuit humilitate, idem suscipiens, veniam prostratus petiit. Delatum

Mogelena  
vrbs.

Sigfridus.

Henrici fuga  
ad Boleslau.

Schwwein-  
furt castellus.  
Eila.

Baueberg.

Dornburg.  
Gifilerus ab-  
dicare se Ar-  
chiepiscopatu  
Magdaburg.  
iussus.

Giflertimors.

Waltherdus  
Præpositus.

est corpus Archiepiscopi ad sanctum Iohannem, ibique proximam noctem dignis  
 seruat honoribus. Postera autem die cum ad sanctum portaretur Mauritium, ad-  
 ueniente tunc ibidem rege, ab eo omnique clero & populo suscipitur, secundamque  
 noctem diligenter custoditur. Mane iam facto Arnulphus Episcopus à rege ad cõ-  
 fratres & ad milites admodum tristes, gratia Tagmonem eligendi, mittitur. Cui lega-  
 tionem suã cunctis ordine pandenti, Walterus respondens præ omnibus: Scimus,  
 inquit, quid vester senior intendat. Volumus, si licet fieri, potestatem habere eligen-  
 di, & cuncti præsentis hi, me quamuis indignum, voluerunt in vacuum succedere,  
 vt ipsi potestis probare. Detrimentum Ecclesiæ fieri nostræ multum veremur, quod  
 ne eueniat, regiam pietatem ac vestram petimus intercessionem. Non sumus imme-  
 mores prouerbij cuiusdam sapientis: Libertatem populi, quem regna cohercent, li-  
 bertate dominantis perire, tantumque eius verbera seruari, si cunctis eiusdem velit  
 obtinere perare præceptis. His dictis, Præsul egressus regiis omnia instillauit auribus.  
 Qui mox præpositum vocans, multumque ei promittens, & sui licentiam ac cõsociorum  
 in electione, Tagmonis gratiam acquisiuit. Confestim in maiorem convenientibus  
 Ecclesiam cunctis, Rex baculo Arnulphi Præsulis clerum & populum Tagmoni,  
 venerando patri, cum redditura summo iudici ratione, commisit, eundemque in ca-  
 thedram Episcopalem ipse constituit, astantibus vniuersis, & laudes domino canen-  
 tibus. Celebrata pro defunctis memoria, corpus Archiepiscopi coram altari australi  
 sepelitur. Sed antequam ad nostræ sedis renouationem perueniam, libet quædam  
 de præfato viro, qui tunc ordinandus erat, differere. Fuit hic egregij clericus Wolf-  
 gangi, qui Ratisbonensem pius pastor, habitu & conuersatione Monachus, rexerat  
 Ecclesiam. Huic tam charus erat iste, vt in vice filij à puero nutriens, eundem iam ad-  
 ultum bonis suimet omnibus præfecisset. Insuper Ducis & Imperatoris gratiam in-  
 tantum ei acquisiuit, vt si quando se de hac luce diuina iussione subtraheret, hunc si-  
 bi successurum non dubitaret. Consummato tunc huius exilij cursu, Wulpo in san-  
 ctitate admirabili venerabilis antistes, cum iam vsque ad mortem ægrotare cepisset,  
 accersito ad se dilecto Tagmone. Tunc, inquit, fili ostium super os meum, accipies  
 à domino insufflationem spiritus mei, vt vbicunque ardore iuuentutis incalcescente  
 in genuina charitate sis frigidus, à summa potestate, meique benevolentia tempe-  
 ramentum accipias, & si meis honoribus forsitan priuaberis, post bis quinos solares  
 annos, cum mea apud dominum lue commissa, maioribus pro certo lætaberis. Post  
 hæc vir sanctus cum finem suum in spiritu præsciret, iussit se in Ecclesiam portari, ex-  
 pletisque ab eo orationibus, cæterisque, quæ à fratribus facienda erant, secum sibi  
 commissis domino commendans, pridie Calend. Octob. sanctum emisit in pace spi-  
 ritum. Electus ille ab vniuersis ad Imperatorem venit, sed promissa non percipit, da-  
 to tunc ab Imperatore Episcopatu capellano suimet Gebhardo. Committitur huic  
 iste fideliter, & quamuis ab eo honorabiliter haberetur, tamen quia bonum & malum  
 non sunt ad aliquid, non longum tempus cum eo, ob morum suorum inæqualitatem,  
 versatur. Adhæsit namque ilico Henrico, tunc Duci, & propter castitatem mentis &  
 corporis ei complacuit, ac vsque ad hunc diem, quam præfatus sum, malis molestè,  
 bonis acceptè, per dies & per noctes ei seruiuit domino, & hominibus sua specialiter  
 impendere satagens, completurque ob hoc à rege, propter sancti viri ab eodem vni-  
 cè dilectamorem, veridicum eiusdem vaticinium, decursis tunc, vt ipse dominus  
 Tagmo sæpe mihi retulit, decem annorum curriculis. Qui charissimum suimet do-  
 minum ac Reginam cum omnibus consociis, multiplicibus, vt decuit, honorat mu-  
 neribus, nequaquam suæ benignitati ad hoc suppetentibus. Inde Rex cum eodem ad  
 castellum ipsius nomine Gibenstein pergens, omnia, quæ ibidem ab Gisilero antisti-  
 te collecta sunt, singulariter perspicit, & hæc esse superflua testatur. Dehinc Merse-  
 burg, diu pastore suo viduatam, consolationis gratia adiens, tandem pristinis restitui  
 honoribus quàm maximè conatur. Ibi tunc Tagmo venerandus IIII. Non. Februa-  
 rij, id est 11. Martij domini, id est, oblatione iusti Simeonis, accepta ab Hilderico Antisti-  
 te licentia, qui primus horum in ordine fuit confratrum, à Willigiso, Archipræsule  
 Moguntino, consecratus est, præsentis rege, ac Romano nuntio, omnibusque cõepi-  
 scopis adhæc fauentibus. Et quia is, vt scriptum eius testatur, à solo ordinandus Apo-  
 stolico,

Tagmo Gisilero successor.

Wolfgangus, Episc. Ratisb.

Gebhardus Episc. Ratisb.

11. Feb. 11. Martij  
 11. Domini.

stolico, huc venire propter instantem necessitatem nō potuit, ibidem sacri chrisma-  
tis delibutione tunc ciuium\*impleuit numerum, Waltherdo post se omnem com-  
mittens Episcopatum. Rex autem, quo semper esuriuit atque sitiuit iustitiæ cibo, ge-  
stiens tunc satiari, quia aliter non posse fieri apud Arnulphum Præsulem sciebat,  
cum centum concambio mansorum super solum Merseburgense burgwardum E-  
piscopalem redemit banhum. Quicquid aut à charissimo Tagmone exposcerat, bo-  
næ voluntatis abundantia hoc largiente, perceperat. De Misnensi autem & Cicen-  
si, Episcopatibus, decretum regia potestate ad integrū redire, quod antiquitus hinc  
demptum, voluit explicare. Vnde his versibus præludo Christi odas concinentibus.

10  
*O Soli iustitiæ fulges super omnia Christe,  
 Aduentū primo mundum redimensq; secundo,  
 Cum patre plasmator dissoluens examinator,  
 Solus pro variis dispensas præmia factis  
 Humano generi, sceleris per proelia labenti,  
 Vera dies, lucem tu nunc benedicito talem,  
 Qua prius Ecclesiam visitasti despoliatam.  
 Merseburg te laudet, de tuis munere gaudet,  
 Eius & nati, pastores ac renouati,  
 20 Per soluant grates tibi nunc ex corde fideles.  
 Inclyte Rex regum modo suscipe phasma tuorum,  
 Clemens Henricum de cælis respice seruum,  
 Et contectalem suimet defende fidelem,  
 His tua pro paruis bona præstans maxima donis.  
 Vivat in ætherea Tagmonis spiritus aula,  
 Waltherd & Gero valeant in fine beato;  
 A Christo salui sint omnes, atque locandi  
 Sedibus Elysiis, te Mersburg qui pietatis  
 30 Affectu, dextris exaltauere benignis.  
 Omnia qui primus regis, Deus, atque supremus,  
 Hanc moderare, tuo queat ut subsistere remo,  
 Eius custodes tua sint præcepta sequentes.  
 Hostes nil valeant, conuersi sed bona reddant.  
 Sis rogo propitius, qui destructor fuit huius,  
 Insuper & cunctis, qui subuenere, malignis  
 Da veniam, lati quo spectent certa futuri.  
 Vrbis Vormacensis gaudet temporibus istis  
 Libertate sua, cuius manebat in umbra  
 40 Hactenus, atque Ducum fuerat sub lege suorum.  
 Burckhard Antistes letatur & inter heriles  
 Ex animo proceres, quod non timet amplius hostes  
 Nunc ex contiguo, longè semotus ab illo.  
 Aula Ducis, domini domus est, iam prædia Christi  
 Et iudices varios cleris nunc deprimat illo.  
 Hoc Rex Henricus fecit, pietate coruscus,  
 Hanc propriis soluens rebus, Christoque remittens.  
 Annuit ista pius Otto Dux, atque benignus  
 Munere regali concessit abundè teneri:  
 50 Ex hoc latantes sint semper quique fideles.*



# CHRONICI DITMARI,

## EPISCOPI MERSEBURGII, LIB. VI.

### DE RESTITVTIONE EPISCO-

### PATVS MERSEBURGENSIS.

Anno 1005.



Episcopus  
Merseburg  
instauratus.  
Wigbertus  
Episc.

Bolizlaus Po-  
lonus.

Expeditio Ca-  
saris in Mil-  
lenos.

Bruno ad Un-  
garos profu-  
sus.

Henricus se  
Casari per-  
mittit.

Casari expe-  
ditio Italica.

Henricus Dux  
Bavariae de-  
signatus.

Schonga.  
Bruno frater,  
Casari recon-  
ciliatur.  
Ditmarus,  
Tagmoni co-  
mes.

Tridentum.

Hardwigus,  
Rex Longo-  
bardorum.

Os salutiferum intemeratae virginis partum, consummata mil-  
lenarij linea numeri, & in quinto cardinalis ordinis loco, ac in e-  
iusdem quartae initio hebdomadae, in Februario mense, qui pur-  
gatorius dicitur, clarum mane illuxit seculo, & Henricus diuina  
gratia Rex antecessorum suorum cupiens emundare, si-  
bique veniam promereri aeternam, dispositis secundum suimet  
placitum ad hoc pertinentibus cunctis, perrexit ad domum suam,  
vbi se corporaliter semper solebat reficere, ut ibi desiderato diu alimento paululum  
recrearetur in mente: Conuocansque ad se omnes regni primates, dedit Episcopa-  
tum sanctae Merseburgensis Ecclesiae capellano suimet, nomine Wigberto, cum Ar-  
chiastitis baculo Tagmonis, cum quo ipse quicquid antecessor suus iniuste de hac  
auferre praesumpsit Ecclesia, renouationi eiusdem arridens reddidit, consentiente hoc  
Arnulpho Praesule, Eido quoque & Hillebardo Episcopis, quibus dioecesis illa fuit  
diuisa, ac omni populo applaudente. Ductus mox cum diuina iubilatione ad sedem  
suam Wigbertus, eodem die ab Archiepiscopo suimet Tagmone, & a confratribus  
Hillerico & Wigone, cum praedictis coepiscopis consecratur. Interim Bolizlaus suo  
furore, & Comitis Henrici instinctu, magnam vim Bauariis, omnibusque conciu-  
ibus suis intulit. Ob hanc causam Rex indicta prius expeditione Milzini fines hostili-  
ter inuasit, & ni superflua niuis effusio celeriter resoluta eum impediret, omnis hac  
regio habitatore vastata caruisset. Inde reuersus tristis, Gunzelino Marchioni ceteris  
isque patriae defensoribus positae auxiliatur praesidiis, ac tunc Merseburg veniens, fra-  
trem suum fugisse ad Ungariorum regem veniē gratiam acquirendae, Henricum au-  
tem incepti multum poenituisse, a fidis intercessoribus ab eo missis comperit. Quorum  
& maxime perchari suimet Tagmonis & Bernardi Ducis supplicationes etsi inui-  
tus suscipiens, praefato Comiti suimet gratiam ea ratione indulgit, ut praedium sibi fu-  
isque fautoribus & incolatum redderet, ipsum autem quamdiu voluisset, in custodia  
detineret. Henricus vero se nimis in omnibus culpabilem lacrymabiliter professus,  
more & habitu poenitentis Regi se tradidit, eiusque iussione ab Archipraesule praedi-  
cto in castellum Witganstein detruditur, diligenterque a suis militibus die noctuque  
seruatur. Interea Rex Italicae haud immemor iniuriae, omnes suos fideles ad hanc vl-  
ciscendam hortatur, ac instanti quadragesima ipse eum cum armato milite destinauit  
pergere. A Merseburg tunc exiens, sancti Mauritij apud dominum intercessionem,  
itinerisque prosperitatem Magdaburg petiit. Inde per Turingiam, orientalisque fines  
Franciae transiens, ad Ratisbonam venit, ibique regali habitu, placito militi suimet,  
generoque, Henrico, xii. Calend. April. cum omnium laude praesentium, cumque  
hastata signifera, ducatum dedit. Dehinc Augustanam urbem itinere attingens, a Si-  
gfrido, Antistite eius, honorabiliter introducit & habetur. Ibi tunc duas tantum  
noctes commoratus, Reginae diligenti salutatione licentiam dedit, ad Saxoniam ab-  
eundi, dilectoque eam commisit Tagmoni. Ipse autem cum exercitu progreditur usque  
ad locum, qui Schonga dicitur, vbi Dominus Bruno, frater eius, cum Ungaricis inter-  
cessoribus Regi praesentatur, & ab eo data sibi gratia misericorditer suscipitur. Equi-  
dem ab Archiepiscopo Tagmone rogatus ad praedictam ciuitatem veni, & cum eo-  
dem redij. Venimus ad saltum Geronis, ibique cum venerabili Abbatisa Hathui pal-  
mas solenniter peregrimus. iiii. feria ad Magdaburg Regina veniens, cenam Domini,  
& subsequente dominicae resurrectionis solennitatem, ibidem celebrauit. Rex  
autem per multas itineris asperitates ad Tridentem veniens urbem, ibi palmarum fe-  
sta colit, & exercitum nimij laboris necessitate afflictum, hac celebri solennitate pau-  
lulum respirare permisit. Quem aduentum Hardwigus Rex praesciens, ac multum  
expaue-

expauescens, ad munitiones supra memoratas nuntios probatos misit. Ipse autem collectis agminibus in Veronensi planicie confidens, sperabat presentia præteritis prosperitatibus forsitan respondere. Hunc transitum Henricus Rex interclusum, aut vix aut nequaquam expugnandum, comperit, & aliò se vertens, cum suis tractat familiaribus, si Clusas hinc longè remotas, Carentanis auxiliantibus, intercipere vllatenus valuisset. Quod consilio prudèti, quamuis arduum multis videretur, effectum est. Carentani regalibus iussis illico obtemperantes, in duas diuiduntur legiones: Vnam, quæ ante ipsum diei crepusculum montem clusis superpositum, occupabat: alteram quæ iam factò mane ad has expugnandas subsequitur, audito à præmissis comilitonibus signo tam vehemènti, vt ex latentibus hostium insidiis audiri potuisset. Qui post tergum, vt opinabantur securi, venientibus obuiam armati properant. Sed nostri eos ex latere irruentes alios effugarunt, quosdam autem præcipitio, & in Brenta fl. fluminis inundatione, compellebant interire. Sicque victores clusas vsque ad regis aduentum sollicitè tuebantur. Hoc Rex ab internuntiis vt audiuit, relictis omnibus impedimentis, optimis satellitibus exceptis, cum magna difficultate eas pertransit, & iuxta littus aquæ supra memoratæ in quadam grata planitie castra metatus est, vt ibidem cœnam Domini & chrisimatis consecrationē ac passionem dominicam & sanctam eius resurrectionem, summopere veneraretur. Interdicta est omnibus per bannum regalem à Palatino Comite fuga, & resistentibus viriliter promittitur consolatio futura. Rex autem in tertia feria aquam transiens prædictam, fixis iterum tentoriis requieuit, explorantes præstolans sollicitè, ad querendâ Hardwigi hostis conuersationem. Qui cum suis hætenus in malo vnanimis, diuinæ pietatis instinctu diuiditur: & ab iniusto supplantatore auxiliaris manus disincta, à domino coronato regi Henrico securum fuga patefecit ingressum. Verona primo eûdem suscipiens, exultat in domino, aduenisse defensore patriæ, auctorem verò abisse totius miseræ. Huic occurrit diu expectatus Thiebaldus Marchio cū prædictis auxiliatoribus, gaudens tempus aduenisse, quo secretum bonæ voluntatis sibi liceret huic aperire. Tunc Rex tali comitatu Brixnam veniens, ab Archiepiscopo Rauennati, & ab huius sedis prouisoro Ethelberone cum conprovincialibus suscipitur. Inde Bergomum, ab Arnulpho Imperatore olim deuictam, itinere attingens, Mediolanensem Archipræsulem fide sacramentis firmata recepit. Post hæc Papiam visitans urbem, ab Archiantistite hoc, & à primis illius regionis susceptus, cū admirabili laude ad Ecclesiam ducitur, & communi electione sublimatus, in solium regale collocatur. Eademque die reuelatur, qua mutabilitate totius mundi huius instabilis cursus in prouum semper voluatur. Namque inter tot gaudia subito insequit inimica pacis discordia, & à superflui vini ebrietate de vili causâ interrupta est miserabiliter fidei cōnexio & sacramenti. Conciues aduersus nouiter electum regem armantur, ad palatium properant, & maximè hi, quibus ius Hærici displicebat, Hardwigi autem relaxatio mulcebat. Clamor vt à rege auditur, quid hoc esset, explorat citius ab eo iubetur. Cui protinus respondetur, plebeios furore subitaneo inflammatos, & seruili præsumptione animatos, hanc commotionem primitus incepisse, cæteros quoque omnes in detrimentum sui vel dedecus conuenisse. Quos iam irrumpentes Heribertus, Agrippinæ prouisor egregius, sedare conatus, vt de fenestra causam tantæ inuasionis inquiris, lapidum imbre & sagittarum infusione retruditur. Palatium autem ab hostibus grauitè impugnatum, à domesticis regis, facilè numerâdis, viriliter densum est. Diuisis etenim plura necessaria nostris, maior vis excreuit inimicis. Tandē audito clamoris immensi strepitu, nostri gregatim ad regem properant, hostesque adhuc insanientes paululum expellunt. Sed imminente iam nocte sagittis atque lapidibus obujs tardantur. Quæ ad prouidenda vrbs tunc incendunt mœnia. Nostri autem, qui foris erant, vrbs propugnacula fortiter ascendunt, quibus hi sic melius resistebant. Ibi tum quidam egregius iuuenis, Gifilbertus nomine, frater Reginæ, à Lōgobardis vulneratus, oppetiit, & consociorum tristitiam vehementer adauxit. Quem Wulferam miles in medium agmen profiliēs, vnumque ex his per galeam vsque in iugulum feriens, securus vindicauit. Sic alternando quietem, cunctis amicâ, belli asperitate mutabant. Nōnullos ex hostibus quos vi capiebant nostri, viuos regi præsentabant. Subitò ibidē

Clusa.  
Carentani,  
Casaris auxiliarij.

Brenta fl.

Hardwigi.

Verona.

Thiebaldus  
Marchio.

Bergomum.

Seditio Papiensis.

Heribertus,  
Archiepisc.  
Coloniensis.

Gifilbertus,  
Auguste frater.  
Wulferam.

vna domus, quæ nostros tuebatur defatigatos, à Longobardis incēsa ruit, ac eos nulla spei certitudine potitos alacriores bello reddidit. Interim Alemāni cum Francis & Luthariensibus tandem hæc mala rescipientibus, fractis intrantes muris, in tantum conciuēs persequuti sunt, vt è munitione domorum suarum nec vnus egredi præsumeret. Harum summitate hi nostros iaculis grauantes immixtis, incendio perierunt illato. Difficile est cuiquam ad enarrandum, quanta ibidem strages diuersis efficitur modis. Milites regis tum victores sine vlla offensione spoliis interemptorum vtuntur. Hoc miserabili aspectu Rex motus, & vt residuis parcerent, firmiter præcipiens, se ad munitionem sancti Petri cōtulit, hostibusque veniam suppliciter implorantibus misericorditer indulgit. Tunc absentes quique accepta regis victoria, aut ipsi veniunt, vt talia declinarent, aut obsides mittunt, fidem, auxilium & subiectionis debitum regi promittentes. Sedatis tunc Papiæ calamitatibus, Rex ad pontem longum venit, Longobardorumque residuum agmen per manus suscipit, habitoque ibidem cum omnibus eloquio, rebusque maximis prudenter ordinatis, Mediolanum, sanctissimi Præsulis Ambrosij amore petat, moxque ad prata prædicti pontis reuersus, præsentem populum, de subito eius conquerentem discessu, promissa celeri suimet reuersione, ceterisque consolationibus multis, placauit. Insistentem verò tunc penitentes solennitatem, in loco qui Grommo vocatur, celebrat. Inde tum procedēs, Thuseos sibi obuiantes in consortium sibi firmiter seruientium suscepit. Dehinc patriam reuifere festinans, Alemāniæ fines, nuper à Ducis Hermanni solatio priuatos, filioque eius, & æquiuoco, adhuc puerulo, deditos ad regendum & confirmandum, inuadit. Inde in Alsatia positam petens Argentinam, venerabilem Christi præcursoris ibi excolit natiuitatem. In cuius vigilia quæ dominus per eum fecit mirabilia, nō sunt mihi prætereunda: quia hæc piis ad delectationem, reprobis autem dicuntur ad terrorem. Domus, in qua Rex populo legis iustitiam dabat, subito cecidit, vni duntaxat presbytero nocens, cum domina excommunicati iniusta sedulo commoranti. Ille præ cæteris in hoc crimine culpabilis, morte sua, prius contractis cruribus, luit peccatam commissi facinoris. Quam dulcia piorum gesta ad ædificationem animæ ipsi legitimus, & ab aliis visu ac auditu didicimus: & tamen obdurato corde miseri desipimus, nec amouemur inolita nequitia certis malorum pœnis, neque delectamur inæstimabilis iustorum præmiis. Hinc Rex discedens, sancti Martini Præsulis limen Magontie supplex adiit, ibique natale Apostolorum venerabiliter coluit. Post hæc per Franciam orientalem iter faciēs, Saxoniam, vt sæpe professus est, securitatis ac totius vbertatis quasi florigeram paradisi aulam, reuifit. Ibi tunc diu reconditum zeli latitudinis arcanum simplici corde euomuit, & ad compescendam Bolizlauri arrogantis sequitiam, omnibus in sua ditione Christo sibi que fidelibus expeditionem Augusto iam mediante indixit. Statuto igitur termino, in Merseburg exercitus sit collectio, ac in hostem tandem secreta promotio. Assimulato namque in Poloniam itinere naues glomerantur, vt ficta suorum beneuolentia non fieret inimico circumeundi propalatio vlla. Interim magna imbrium effusione in transeundis fluminibus exercitui ineffabilis fit retardatio, & cum minimè quis hoc conicere potuit, in Boiemiam Rex celeriter perrexit. Huius aduentum leo rugiens cauda subsequenti impedire satagens, in sylua, quæ Miriquidui dicitur, montem quendam cum sagittariis, prorsus intercluso omni aditu, firmat. Rex autem id comperiens, præmissis clam loricatis militibus electis, hostibus inuitis, arduam irrupere viam, facilem subsequentibus parēs callem. Inter hæc Bolizlauri in vna dierum cœnate, vnus ex nostris, capellanus Reinberni, Præsulis sui, de aduertu nostri exercitus loquitur, & ab eo mox auditus, quid diceret, rogatur: Cui responsa referenti, tum id inquit: Si reperent vt ranæ, non possent adhuc aduenisse. Et verū est hoc, ni aspirasset regi diuina pietas, & hūc non inflasset supbia magnanimitas, nō prouenisset nobis tam subito victoria prosperitas. Aduiuit etiā regem exulis Iaromiri, qui firma pax interpretatur, comitatus, & adoptatus eiusdem aduentus Boiemorum deliniuit agmen. Horum consultu & vocatione regi introitus patefit, & in ipsa regionis istius ianua vnum castellum sua eidem spōte reddidit. Rex propter Bauarios nondum aduentantes tardato paululum itinere, ad urbem Satzi dictam venit, & conciuēs hos portas sibi illico aperientes, & Polenos intus præsidio positos

Reditus Cæsaris in Germaniam.

Saxonia pava diuiofertur.

Expeditio in Bolizlauri Poloniam.

Iaromirus.

Zatza fauet Cæsari.

positos occidentes, suimet cognouit amicos. Videns Rex tantam stragem, commo-  
 uetur, & superstites in vna præcepit Ecclesia retrudi. Adest etiam, qui Bolizlauum à  
 conprovincialibus esse interemptum pro certo referret. Lætantur in domino fami-  
 liares regis, corruptique tristatùr fautores adulterini Ducis. Hi inuicem mussantes  
 ex iniusti cordis sui secretario hoc euomere mendacium: Si Rex vnquam in bona  
 securitate cõsisteret, se tunc ad nihilum valere, multaque ab eo pati contraria, debe-  
 re. Propter hoc latente igniculo sub cinere in hoc itinere, ac postea sæpissime, Regi  
 suo cunctorum hostem fidelium, brutis peiores animalibus, præposuerunt, ignoran-  
 tes quòd ab eorum fraude vicarium suimet in terris dominus pater ingenuus, specu-  
 10 lator desuper liberaturus erat è cœlis. Tunc Iaromirus iussu regis cum optimis mili-  
 ribus ex nostris, ac cum incolis sibi adhærentibus, ad capiendum seu occidendũ ser-  
 pentem venenosum Pragam præmittitur. Quem præoccupantes nuncij præscripto  
 rum, rem ordine pandunt Bolizlao, de tali periculo prius securo. Hic legatione tali  
 commonitus, clam se præparauit, & subsequenti nocte iam mediante, audiens in vr-  
 be proxima, quæ Wissegradi dicitur, campanas, ciues ad bellum sonitu hortantes,  
 cum prima legione exiuit, & patriam fugiendo reuisit. Quem Zobislaus, frater A-  
 20 thelberti Præsulis, & Christi martyris, subsequutus, in ponte vulneratus oppetiit, &  
 magnũ hostibus gaudium, suis autem luctum ineffabilem reliquit. Crastina autem  
 die Iaromirus adueniens, populis iura veniamque commissi poscētibus ante portam  
 dedit, illicoque intromissus, pristinis honoribus magna iucunditate inthronizatur, ac  
 tunc depositis vilibus indumentis preciosioribus ornatur. Huic ibi tum præsentatur,  
 quicquid vnusquisque militum hosti fugitiuo vel occiso spoliolum abstulit. Mun-  
 ribus idem delectatus plurimis, ad Wiffigrodi introducit, ibidemque in dominum  
 exclamatur, Regis indulgentia & secum huc vsque perseverantibus diu elaboratum  
 permittit brauium. Confluit vndique secus tam vulgi quàm seniorum ineffabilis tur-  
 ba, ad gratiam noui Ducis percipiendam, & ad præstoladum gloriosi regis accessum.  
 Hic tandem adueniens ab Antistite Thieddago & à Duce Iarimiro cum immenso  
 30 cleri totiusque populi tripudio suscipitur, & ad Ecclesiam sancti Georgij deducitur.  
 Cunctis mox dignitatibus à rege honoratur Iaromirus paternis, cõuocatis indigenis  
 coram omnibus. Sed cum ibi sanctæ domini genitricis ortum omni celebrem mun-  
 do Rex veneraretur, Godescalcus, sanctæ Frisingensis Ecclesiæ venerabilis pastor,  
 nomen cum re possidens, missam canere, ac populos instituere ab eo præcipitur, &  
 ab Episcopo sedis illius, permittitur. Perlecto tum Euangelio, præsentibus idem admo-  
 net de timore diuino, & de conseruando geminæ dilectionis vinculo, de obædien-  
 tia domini sublimiorumque honore potestatum, & ad vltimum regem suauiter ag-  
 greditur, vt semet agnoscere, & omnia quæ à primis vitæ huius cunabulis vsque ad  
 hoc tempus honoris alicuius, aut commoditatis, vnquam percepit, largitati diuinæ  
 40 potius, quàm suis meritis ascribere voluisset. Insuper misericordiæ mētionem fecit,  
 quæ vnicum est salutis præsidium, venerabile dei ornamentum, & magnorum re-  
 missio peccatorum. In cuius opere seruando vnicuique Christo fidelium tria sunt sem-  
 per optanda, posse & velle ac perficere: Quæ cum à cunctis sint adimplenda, ab his  
 maximè, qui nullum lædentes, sibi auent similia, ad non recompenfare, & vt acce-  
 ptabile ab his domino votum fiat, ex corde debet vnumquodque largiri, & cunctis  
 debitoribus remitti, ne mali vice serui diris astringantur tormentis. Et his concludēs,  
 te, inquiens, obtestor per nomen & amorem eius, qui suo debitori decem millia ta-  
 lentorum, id est, Iudæis recutitis suorum transgressionem præceptorũ indulsit, Hen-  
 50 rici quondam Marchionis, nunc autem vt spero verè pœnitentis, ienior charissime,  
 miserearis, vincula soluas, & gratiam dones, vt eò liberiori animo hodie dominum  
 interpellas: dimitte nobis debita nostra, &c. Hac Rex exhortatione lacrymabiliter  
 profusa, placatus, sic se facturum firmiter spopōdit, & post hæc domum veniens, mi-  
 sericorditer adimpleuit. Statutis ibidem tunc omnibus, Bauarios domum remisit. Ip-  
 se verò cum Boiemorum Duce nouo Milzienos, qui tum sibi fuere proximi, termi-  
 nos, per ineffabilem itineris difficultatem adiēs, Budissinam urbem possedit. Sed cū  
 in vna dierum vnumquemque suimet fidelium ad expugnādā eandem incitaret,  
 ab vno sagittariorum è propugnaculis, nō diuina custodiretur prouidentia, vulnere

Caesar Dei in  
 terris Vica-  
 rius.

Wissegradum,  
 Boleslai Po-  
 loni fuga.  
 Zobislaus.

Iaromirus Bo-  
 iciam recu-  
 perat.

Caesar Pragā  
 ingreditur.

Godescalcus,  
 Episcopus  
 Frisingensis.

Henricus è  
 vinculo di-  
 missus.

Budissina ob-  
 sessa.

Guncelinus  
Marchio.

Henricus, Dit  
mari frater.

Sprewa fl.

Budisina de-  
dita.

Esconu Mer-  
seburgi mors

Comitatus  
Merseburgic.  
Burchardo con-  
cessus.  
Henricus Co-  
mes.

Pathebrunn  
incendium.

Dortmunde.  
Synodus Tre-  
moniensis.

Dobruoch.  
Iaromirus  
Boiemus.  
Expeditio in  
Boleslaum  
Polon.

Thieburnus.

improviso caderetur. Quod illi, qui secus se stabat proximus, nocuit, & propositum inimici in alio peregit. Rex autem eleuato ad dominum corde supplici, hunc laudat, qui solitam pietatis vigilantiam sibi immerito reuelauit. Vrbs verò præfata igne iam adportato combusta iaceret, ni hoc Guncelini Marchionis iussio infausta prohiberet. Vulnerantur inuicem multi, & nonnulli perempti sunt. Ex nostris autem vnus notabilis & genere & virili conuersatione, Hemuza nomine, cum vrbanos crebro certamine prouocatos, penè vsque ad muros insequeretur, molaris dimidio lapidis per galetum caput prostratus, ab inimicis insultatibus in urbem mortuus trahitur. Huius cadauer Henricus Comes, frater meus, cuius miles fuit, pretio comparatum ad patriam reduxit. Alter verò qui ob assiduum venationis exercitium indomitus Tomno vocabatur, dum in Sprewa flumine hostibus fortiter resistit, torrentum lubricatione lapidum corruit, optimaque diu protectus lorica, tardo tandem vulnere, pro dolo oppetit. Hunc vnus ex suis satellitibus, ne aliquo deduceretur cum prohibere tentaret, cuspide perfoffus, super eum corruit. Prædicta belli asperitate iam penè deuicta, iubente per nuncium suimet Bolizlao, regie potestati vrbs saluis defensoribus traditur, præsidioque nouo munitur. Post hæc Rex cum exercitu, itinere ac inedia iam defatigato, domum rediit, Marchiones vbicunque opus fuit, solitis adiuuans ad municulis. Hic cum se in Merseburg optatæ quieti indulgeret, Esconem venerandum Comitem longa infirmitate vexatum, vitam hanc in Lipsie finisse comperit. Huius corpus adueniens ipse suscepit, & honorificè sepeliri iuxta Ecclesiam sancti Iohannis Baptistæ in septentrionali parte præcepit, pro cuius animæ remedio quoddam eiusdem prædium, Vppusan nominatum, cum candelabris duobus argenteis, altari sancto & confratribus, ibidem domino famulantibus, dedit. Insuper Wigberto Antistiti mercatores & ludæos, à Gisilero primitus acquisitos, ac diu commutatos, reddidit. Comitatum super Merseburg, & beneficium ad hunc pertinens, Burchardo, & super quatuor vrbes, iuxta Mildam fluuium positas, Thieburno beneficium concessit. Omne autem prædium sibi iudicio retinuit. Henricum Comitem à custodia absolutum cum gratia abire præcepit. Sicut sanctæ matris Ecclesiæ prospera spirituali eiusdem proli ad augendam Christi gloriam sunt præloquenda, ita eiusdem detritia, ita autem mæstitia pari conquerenda, & molli patientia sunt ab hac sufferenda. In Pathebrunn, monasteriū & omniseiusdem apparatus, flamma, nostræ iniquitatis vltrix, consumens, multorum corda fidelium commouit, quæ amor diuinæ remunerationis ad hæc renouanda communiter accendit. Posita est etiam in loco qui Throtmuni dicitur, magna synodus, vbi Rex coepiscopis, presentibusque cunctis, plurima questus est sanctæ Ecclesiæ conuenientia, & communi eorundem consilio hæc statuit deinceps prohiberi, & optimo nouæ institutionis decreto grauem peccatorum suimet sarcinam releuari, Anno dominicæ incarnationis M. V. Anno autem domini Henrici Secundi regnantis quarto in die Non. Julij.

#### Decretum Synodi Tremoniensis.

Ordinatis legionibus, Rex inde progreditur, & Regina celeriter reuersa, optatum dilecti senioris sui in Saxonia fornicitè præstolabatur aduentum. Exercitum autem nostrum cum prosperitate ad locum, qui Dobraluh dicitur, in pago Luzici venientem, Henricus & Iaromirus Duces ad supplementum eiusdem cum suis properantes, lætificant, maioreque consilij ac fortitudinis spe roborant. Hic Ducibus corruptis, & sua defendere cupientibus, per solitudines paludesque circumductus, admodum grauatur, & ne citò ad hostem lædendum perueniret, inuida eorum malignitatem tardatur. Inde prouinciam Nice vocatam itinere attingentes iuxta Sprewam fluuium castrametatus est. Huic cum hostem ex latere abdito nocentem Thieburnus miles egregius comperiret, ob idem sibi specialiter vsurpandam, optimos è consociis clanculum eligendi conuocans, cum dolo intercipere tētat. Qui satis prouidus, vt sic melius sequentes læderet, inter lignorum condensitatem iacentium fugit, & sagittis, quibus maximè defenduntur, more solito remissis, primò hunc, posteaq; Bernhardum,

hardum, Iſin & Bēnonem, Arnnulphi Præſulis inclytos ſatellites, cum aliis commi-  
 litionibus multis VIII. Id. Septembris incautos proſtrauit, & diſpoliauit. Ob hæc Rex  
 cum omni ſuimet comitatu dolore cōcutitur, & ob hoc Bolizlauus doluiſſe à nōnul-  
 lis veracibus perhibetur. Poſt hæc Luizici noſtris pridie quàm ad Oderam fluuium  
 venirent, ſociantur, Deos ſuimet præcedentes ſubſequuti. Quamuis autem de his a-  
 liquid dicere perhorreſcam, tamen vt ſcias, lector amate, vanam eorum ſuperſtitio-  
 nem, inanioremque populi iſtius executionem, qui ſint vel vnde huc venerint, ſtri-  
 ctim enodabo. Eſt vrbs quædam in pago Redariorum Riedegaſt nomine, tricornis,  
 ac tres in ſe continens portas, quam vndique ſylua, ab incolis intacta & venerabilis,  
 10 circumdat magna: Duæ eiusdem portæ cunctis introeuntibus patent: Tertia, quæ o-  
 rientem reſpicit, & minima eſt, tramitem & mare iuxta poſitum, & viſu nimis horri-  
 bile, mōſtrat. In eadem niſi fanum eſt de ligno artificioſè compoſitum, quod pro  
 baſibus diuerſarum ſuſtentatur cornibus beſtiarum. Huius parietes variæ deorum  
 dearumque imagines mirificè inſculptæ, vt cernentibus videtur, exterius ornant.  
 Interius autem Dij ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis galeis atque lori-  
 cis terribiliter veſtiti, quorum primus Luarafici dicitur, & præ cæteris à cunctis gen-  
 tilibus honoratur & colitur. Vexilla quoque eorum niſi ad expeditionis neceſſaria,  
 & tunc per pedites, hinc nullatenus mouentur. Ad hæc curioſè tuenda miniſtri ſunt  
 ſpecialiter ab indigenis conſtituti, qui cum huc idolis immolare, ſeu iram eorūdem  
 20 placare conueniunt, ſedent hi duntaxat, cæteris aſtantibus, & inuicem clanculum  
 muſſantes terram cum tremore infodiūt, quò ſortibus emiſſis, rerum certitudine  
 dubiarum perquirāt. Quibus finitis, ceſpite viridi eas aperientes, equum, qui maxi-  
 mus inter alios habetur, & vt ſacer ab his veneratur, ſuper fixas in terram duorū cu-  
 ſpides haſtilium, inter ſe tranſmiſſorum ſupplici obſequio ducunt, & præmiſſis ſorti-  
 bus, quibus id explorauere, prius per hunc quaſi diuinum, denuo augurantur, & ſi in  
 duabus his rebus par omnium apparet, factis completur: ſi autem, à triſtibus popu-  
 lis hoc proſus omittitur. Teſtatur idem antiquitas, errore deluſa vario, ſi quādo his  
 ſeu à longè rebellionis aſperitas immineat, vt è mari prædicto aper magnus, & candi-  
 do dente è ſpumis luceſcente, exeat, ſequè in volutabro delectatum terribili quaſſa-  
 30 tione multis oſtendat. Quot regiones ſunt in his partibus, tot templa habentur, & ſi-  
 mulacra dæmonum ſingula, ab infidelibus coluntur. Inter quæ ciuitas ſuprà memō-  
 rata principalem tenet monarchiam. Hanc ad bellum properantes ſalutāt, illam pro-  
 ſperè redeuntibus muneribus debitis honorant, & quæ placabilis hoſtia diis offerri à  
 miniſtris debeat, per ſortes, ac per equum, ſicut præfatus ſum, diligenter inquiritur:  
 Hominum ac ſanguine pecudum ineffabilis horum furor mitigatur. His autem o-  
 mnibus, qui communiter Luitici vocantur, dominus ſpecialiter non præſidet vllus.  
 Vnanimi conſilio ad placitum ſuimet neceſſaria diſcutientes, in rebus efficiendis o-  
 mnes concordant. Si quis verò ex conprovincialibus in placito his contradicit, ſuſti-  
 bus verberatur, & ſi forinſecus palàm reſiſtit, aut omnia incendio & continua depre-  
 40 datione perdit, aut in eorum præſentia pro qualitate ſua pecuniæ perſoluit quantita-  
 tem debite. Infideles ipſi & mutabiles, immutabilitatem ac magnam exigunt ab aliis  
 fidem. Pacem abraſo crine ſupremo, & cum gramine, datique affirmant dextris. Ad  
 hanc autem perturbandam facile pecunia corrumpuntur. Hi milites quondam ſer-  
 ui, noſtrisque iniquitatibus tunc liberi, tali comitatu ad regem auxiliandum proſi-  
 ciſcuntur. Eorum cum cultu confortia lector fugias, diuinarum mandata ſcriptura-  
 rum auſcultādo adimple, & fidem quam Athanaſius profitebatur Episcopus, diſcēs,  
 memoriterque retinens, hæc quæ ſuprà memorauim niſi eſſe probabis veraciter. In-  
 de mox imparibus Ducibus inæquales turmæ vſque ad Oderam fluuium proueni-  
 entes, fixerunt tentoria iuxta amnem quæ Bober dicitur Slauonicè, Caſtor Latinè.  
 50 Quos Bolizlauus munitis littoribus præfati fluminis cum exercitu grandi in Croſno  
 ſedens, vllō modo tranſire prohibuit. Sed cum Rex vii. dies ibidem moratus natus  
 atque pontes pararet, diuinus reſpectus miſſis ſpeculatoribus ſuis vadum oſtendit o-  
 ptimum. Quem ſex legiones in ipſo diei crepuſculo iuſſu regis intrantes, incolumes  
 eo fruuntur. Quod eminus agnoſcentes Bolizlauri cuſtodes, triſte nuncium ac incre-  
 dibile ſeniori ſuimet celeriter detulerunt. Hic tandem per tres vel amplius legatos

Lufatij, Hen-  
 rici Caſ. auxili-  
 ares.

Riedegaſt  
 vrbs.

Barbara Lu-  
 ſatorum re-  
 ligio.

Lufatorum  
 reſſub.

Mores:

Symbolum  
 Athanaſij.

Odera & Be-  
 braſtunij.

Croſna.

*Boleslai fuga.* certus effectus, amotis properè castris, ipse cum suis pluribus ibidem relictis rebus fugit. Id Rex cum suis cautè considerans, Christo laudes cum clero & omni populo alta voce cecinit, & cum securitate flumen pertransiit. Hi autè qui præcesserunt cum Luiticios diu tardantes expectarent, euenit, vt hostes in tentoriis improuisos opprimerent. Quos nostri alacriter insequuti velut fugaces ceruos persequi cum non valerent, ad consocios reuertuntur. Profectus est inde Rex, & vsque ad Abbatiam, quæ Mezerizi dicitur, perueniēs, annualem ibi Thebaicæ legionis festiuitatem, qua maxima tunc veneratione potuit, complere studuit, & ne monasterium hoc, ac abentium mansiones Monachorum, aliquam à suis pateretur molestiam, studuit prohibere. Dehinc hostem in nulla suimet urbium peroptare præsumentem, proxima <sup>10</sup> quæque vastando persequitur, & non longius quàm duo miliaria ab vrbe Posnani, rogatus à suis primatibus, confedit. Exercitus autem in colligendis frugibus, cæterisque rebus necessariis diuisus, magnum ab insidiantibus inimicis sustinuit damnum. Interim per fidos intercessores, regis gratiam Bolizlaus petiit, & exaudiri mox promeruit. Tagmo Archiepiscopus cum aliis familiaribus regis ad ciuitatem prædictâ à Bolizlao rogatus, venit, & cum iuramentis, ac commendationibus condignis forma pacis fœdera apud eundè pepigit. Læti tunc reuertuntur nostri, quia itinere longitudine & nimia fame cum intermixta belli asperitate magnum sufferebant laborè. Post hæc Rex in nostris partibus erutis totius nequitix auctores, optatæ securitatis prospera solidare summo opere nititur, & Brunonem inclytum satellitem in Merse- <sup>10</sup> burg, è Slauis autem optimos Borisen & Nefemuschen cum cæteris fautoribus in Weleresleuo laqueo suspendi præcepit. Sæpe cum Slauis in Wiribeni iuxta Albin positam conuentione habita, nolentibus seu volentibus his necessaria regni suimet tractauit atque potenter finiuit. Arnaburch prius deuastatam, ob defensionem patriæ renouauit: quæque diu hinc iniuste ablata erant restituit. Synodali iudicio iniustas fieri nuptias, Christianosque gentilibus venundari, præsens ipse canonica & auctoritate Apostolica prohibuit, dominique iustitiam spernentes spiritali mucrone interfici præcepit. Interea Balduinum Ducem iuuentus & rerum affluentia, ac mala iniquorum inflatio aduersus Regem armauit, & Valentinam urbem possidere, potestatique suimet subdere, suasit. Quod Rex vbi primùm comperit, ipse cum suis militibus <sup>30</sup> accedens, eripere eandem assidua pugnatione tentauit, & nil proficiēs, abiit, expeditionem suam in proxima æstate super Balduinū fieri orientalibus & occidentalibus firmiter indicens. Aduenit optatum tempus, exercitus grandis colligitur, & à Rege cum eodem ad Scellam fluuium peruenitur. Ibi se Balduinus armato milite præsentans, transitū regi prohibere frustratoria spe nititur, sed prudenti cōsilio quorundam nostri nauibus aliò latenter trāsuecti, eiusdem nimiam præsumptionem, ex improuiso irruentes, confundunt. Fugiente eo, Rex in Christo victore lætatur, flumen transgreditur, viciniamque contiguam populatur. Cum autem ad Abbatiam, quæ Gent dicitur, veniret, à confratribus illius Ecclesiæ susceptus, loco eidem, & bonis <sup>40</sup> appertinentibus cunctis pepercit. Tandè Balduinus magna necessitate coactus, humili supplicatione veniam impetrat, & nō longè post per manus regis Walecorn & prænominatam urbem in beneficium adipiscitur. Pacificatis tūc partibus his, generale concilium in Francfort à rege ponitur, & hoc ab omnibus cisalpinis antistitibus visitatur. Causam verò præcedentem lector auribus accipe. Rex à puero quandam suimet ciuitatem Bauenberg nomine, in oriētali Francia sitam, vnicè dilectam præ cæteris excoluit, & vxore ducta, eandem ei in dotem dedit. Postquam autem ad regni curam diuina miseratione promotus, semper tacita mente ibidem Episcopatū construere gestit, sed quia, vt Flaccus testatur, dimidium facti qui bene cepit habet, nouam ibi inchoat Ecclesiam cū cryptis duabus, & perficit. Omnia autè quæ ad diuinum pertinere ministerium paulatim congregans, Henricum Wirciburgensem Episcopum, sibi multum familiarem, vt proposito animi suimet aspirare voluisset, parochiamque in pago, qui à Ranzca fluuiio nomen sortitur positam, cōcederet sibi concambio vendicandam, sæpe rogauit. Dilecti senioris iustas petitiones Præsul benignè suscipiens, ea ratione consensit, vt pallium suæ præmittens Ecclesiæ, Papebergensem sibi subderet pastorem, hocque basulo suimet regi dato, & quodam prædio <sup>50</sup> pro com-

*Mezerici Abbatia.*

*Posnania.*

*Boleslaus pacem petit et impetrat.*

*Anima uersio in turbatores quietis publica. Arnaburg.*

*Balduinus Dux.*

*Scaldis fl.*

*Gent Abbatia. Balduinus pacem petere cogitur. Synodus Francfordensis.*

*Bauenberg à Casare excolta. Episcopatus Papebergensis fundatio.*

*Henrici Wirciburgensis ambitio.*

pro commutatione præfata tradito, clam firmavit. Cū verò se Archipræfultatum nul-  
 latenus adipisci posse sentiret, promissa complere renuens, ad cōcilium vocatus su-  
 præ memoratum venire voluit. Confidentibus ibidem ordine Archiepiscopis cum  
 omnibus suimet suffragenis, Rex humo tenus prosternitur, & à Willegiso antistite,  
 in cuius dicecesi synodus habebatur, eleuatus, cunctis præsentibus talia fatur: Ob re-  
 compēsationem futuram Christum hæredem elegi: quia in sobole acquirenda nul-  
 la spes remanet mihi. Et quod præcipuum habui, me ipsum cum modò acquisitis seu  
 acquirendis in sacrificium patri ingenito iam dudum secreto mentis obtuli. Episco-  
 patum in Baueberga cum licentia antistitis mei facere hætenus concupiui, & hodie  
 iustum hoc perficere volo desiderium. Ob hoc serenissimã vestrimet interpello pie-  
 10 tatem, ne absentia eius, qui per me voluit obtinere, quod mihi non licuit huic con-  
 cedere, propositum voluntatis meæ queat impedire, cū in baculo eius mutua con-  
 firmationis signo clarescat, hūc non propter dominum sed ob dignitatis nullatenus  
 adipiscendæ dolorem fugisse. Moueat omnium corda præsentium, quòd per ambi-  
 tionem suam sanctæ matris Ecclesiæ augmentum annullare, cum nugigerula lega-  
 tione præsumit. Ad hæc firmiter constituēda, contextalis meæ præsentis & vnici fra-  
 tris, & cohæredis mei, larga benignitas aspirat, & sibi placita adimpletionē his me  
 eadem restituere utique pro certo sciat. Si quando autem Episcopus venire, & pro-  
 missa dignatur suscipere, paratum me ad omne, quod vobis bonum videtur, procul  
 20 dubio inueniet. Finitis talibus alloquiiis, Bernigerus, Antistitis Henrici capellanus,  
 surrexit, propter timorem regis seniore suum huc non venisse, & detrimentū Ec-  
 clesiæ, sibi à domino commissæ, in aliquo fieri, nūquam laudasse, testatur, & obsecrat  
 cūctos præsentē per Christi amorem, ne talia fieri absente eo, futurum sibi in exem-  
 plum, paterentur. Priuilegia eiusdem ibi alta voce recitantur. Inter hæc quotiens Rex  
 anxiam iudicum sententiã nutare perspexit, tōties prostratus humiliatur. Tandem  
 Archiantistite Willigiso, quid de his faciendum foret iudici perscrutanti, Tagmo  
 primus respondit, hæc tunc secundum regis eloquium legaliter fieri posse. Cunctis  
 præsentibus eius sermonem tunc affirmantibus, & subscribentibus, Eberhardo tunc  
 cancellario, cura pastoralis à rege committitur, & hic à præfato Archipræsule eodem  
 30 die consecratur. Post hæc autem Henricus antistes auxilio confratris Hiriberti, regis  
 gratiam & adimpletionē sibi placitam acquisiuit. Sed quia rarò illucescit serenitas,  
 quam non sequatur caliginosæ nubis obscuritas, Regi Pascha Ratisbonæ celebran-  
 ti de Luiticis & ab his, qui à ciuitate magna Luibni dicta missi fuerant, & à Iaremiro  
 Duce, Bolizlauum multa sibi contraria moliri cupientem, asserebant, seque ad hæc  
 perficienda verbis ac pecunia ab eodem introduci affirmabāt. Intimabant quoque  
 ei, si hūc amplius in pace & gratia suimet haberet, vt seruitutem eorum firmiter non  
 teneret. Hæc Rex cum suis Principibus cautè considerans, diuersaque ab his consi-  
 lij responsa percipiens, iniquæ voluntati eorum in hoc consensit, quòd generū sui-  
 met Herimannum illò mittens, condicta pæfcedera interdiceret. Quam legatio-  
 40 nem ab internunciis Bolizlaus comperiens, præfatum Comitem, quamvis ad se se-  
 pius inuitatum, non bene suscipit, & percepta ab ea narratione, in multis se excusat:  
 Sciat, inquiens, testis omnium Christus, quicquid deinceps facturus sum, id inuitus  
 implebo. Post hæc collecto exercitu, pagū, qui Morezini dicitur, iuxta Magdaburg  
 iacētē, populatur, & fraternitatem, quam in Christo cum Parthenopolitanis prius  
 coniunxerat, hostili asperitate dirupit. Inde ad urbē, quæ Zerbesta dicitur, veniens,  
 vrbanos terrore graui & hortatu dulci deuictos secum vehebat. Hoc totum nostri  
 comperientes tardè veniebant, ac morosius eos insequiebantur. Morum primicerius  
 fuit, Tagmo Archiepiscopus, & hæc omnia prius sciēs non bene prouidebat. Fui hūc  
 equidem cum illo, & cū nos omnes ad locum qui Iuterbock appellabatur, venissē-  
 50 mus, visum est sapientissimis, non esse consilium, hostes tam parua multitudine pro-  
 sequendos, & reuersi sumus. Bolizlaus autem Luzici, Zara & Selpuli dentro occu-  
 pat, & non longè post Budissin ciuitatem præsidio Hermannii Comitis munitam so-  
 cer inuidus possedit. Mittens autem nuncios suimet, vrbanos postulat, vt urbem hæc  
 sine vtrorumque labore sibi redderent, & nullam à seniore suo erectionē sperarent.  
 Fit pax mutua ad vii. dies. Iste parat impugnationes, hi per legatum suimet à domino

Casaris hu-  
 militas.

Eberhardus  
 primus Episc.  
 Pabebergens.

Boleslai hosti  
 les molitiones.

Boleslai bellū  
 indicitur.  
 Hermannus  
 Comes.

Boleslai ir-  
 ruptio.  
 Zerbst.

Iuterbock.

Zara, fortè  
 Sgraua.  
 Budissina  
 obsessa & ca-  
 pta.



Hermannus  
Marchio.

Ludolfus Ar-  
chiepisc. Tre-  
uir.  
Adelbero.

Meingardus.

Palas,  
Pfaltz.

Casaru in  
Treuiros ex-  
peditio.

Wigberti  
Merseburgij  
natales, stu-  
dia, progres-  
sus, mors.

Ditmari de  
Episcopatu  
Joannum.

& Principibus regni suppliciter auxilium poscunt, se alios 11. dies hosti resistere pro-  
mittentes. Venit Marchio Hermannus ad Magdeburg, Walterdum tunc præposi-  
tum interpellans, omnesque specialiter per legatos euocat primates, quos multū hic  
tunc tardasse vehementer queritur, & tamen milites suos per internuncios solatur.  
Qui cum assidua Bolizlauri impugnatione laborarent, viriliterque diu resisterent, vi-  
dentes nonnullos ex sociis eorum nutare, dominumque se ad liberandos non venis-  
se, licentiam hinc exeundi cum omnibus, quæ habebat apud Ducem præfatum im-  
petrantes, urbem ei reddiderunt, tristesque patriam repedabant. Mortuo post Pascha  
Treuirēsis Ecclesiæ Archiepiscopo venerabili Luidulfo, capellanus eiusdem Athel-  
bero, frater Regine, & immaturus iuuenis, plus timore regis, quàm amore religionis  
communiter eligitur. Rex autem ut hoc audiuit, prioris non immemor in germano  
eiusdem Thiedrico non præmeditata constitutionis, uxorem dilectam, ceterosque  
suimet familiares, de Episcopatu eodem impetrando sollicitos spreuit, & Meingardo,  
Willigisi Archipræfulis Camerario, nobili secundum carnem viro, eundem dedit.  
Propter hoc subdola generationis furor accenditur: Palas à Treuerensibus contra  
Regem firmatur, ac terra hæc hæctenus pacifica, crebris cōcremationibus quatitur,  
& quicquid hi immites in dominum lenem prius peccauerunt, æquali lance receper-  
unt. Quid hi omnes hîc, & in futuro examine, dicturi sunt? quorum culpa ineffabili  
Ecclesia mater incorrupta toties in filiorum suimet nece, & dispoliatione, gemens,  
lacrymas à maxillis descendentes ante conspectum vindicantis domini fundit. Tali  
presumptione Rex commotus, illò cum exercitu properat, Archiantistitem in thro-  
nizatum ibidem consecrari, Athelberonemque excommunicari præcipiens. Obsi-  
dione etiam continua eos, qui Palas turbabant, in tantum constrinxit, ut fame & assi-  
dua impugnatione defatigati, aut interius perire, aut in potestatem regis inuiti debe-  
rent exterius venire. Quod ne fieret, Henricus Dux improvisa calliditate impediēs,  
exire eos illæfos apud Regem obtinuit. Postquam verò de his rei certitudinem Rex  
inquisiuit, grauitate mentis id ferens, ut in sequentibus referam, est vltus. Interim an-  
tecessor meus longa infirmitate detentus, diem sollicitus supremum præstolatur. Sed  
quædam de eo ante conclusionem ad memoriam eiusdem expediri mihi libet. Hic  
ex optimis Turingiæ australis parentibus originem, in Magdeburg autē Otrico di-  
scipline regimen sumpsit. Hunc egregiè educatum Gislerus Archiepiscopus sibi fa-  
miliariter in seruitium asciuit, & multo tempore secum habuit beneficio singulari &  
Archipresbyteratus officio demulcens, nouissimè autem quædam ei iniquorum as-  
sidua susurrante subtrahens, mentem eius in tantum abalienauit, ut relictis omni-  
bus suis, Henrico regi, sicut præfatus sum, adhæreret, optimeque ei placeret. Fuerat  
enim egregius & statura & facie, facundia & voce pulcherrima, sapiens in consilio,  
iucundus in concilio, ac largitatis immensæ. Vnde diuina visitatione, & tali virtute,  
sacerdotalem gradum ascendit. Qui in diebus diuinitus sibi concessis hæc suæ acqui-  
siti Ecclesiæ: Sidegehusun & Wiriboni, Interlingum v i i i. mansos ac in Daluini  
v i i. In Nuistidi i i i. de suo verò proprietate concessit in Vppusun v i i. māsos & sal-  
tum, qui pulcher mons dicitur. De libris rebusque aliis diuina respicientibus myste-  
ria, multa cōtraxit. Nec minus quàm decem annos toxicata cum gratia regis per Ge-  
zonem præpositum, vacauit. Venit ille ad me ad curtem meam quæ Redmersleue  
dicitur, & ea nocte vidi baculum Episcopalem iuxta lectum meum stātem, & inter-  
rogauit me vnus, dicens: Vis Ecclesiam suscipere Merseburgensem. & ego, si domi-  
nus vult, inquam, & qui iubet venire, Archiantistes. Ille autem persequutus, caue in-  
sit, quia quicumque sancto cerebrum mouet Laurentio, statim insanit. Cui mox re-  
spondi: Tueatur me custos hominum Christus, ne in hoc vel in aliquo offendam  
maiestatem diuinam, sanctorumque intercessionem auertam. Cumque euigilarem,  
obstupui, & protinus exiliens, iam clarum diem fenestras intrare vidi, & ecce is, de  
quo nunc dicebam, intrauit, & ostensis mihi duabus epistolis in sabbato sancto, ad  
Augustanam urbem me rogauit & præcepit venire. Veni ad Parthenopolin, & in die  
palmarū cum licentia Præpositi ac confratrum inde profectus, 11. feria post resur-  
rectionem dominicam loca attingebam prædestinata, & ab Archiepiscopo quamuis  
irato quòd sic tardè venirem, misericorditer receptus sum. Postera die vocatus in-  
terroga-

interrogabar ab eo iussu regis, si aliqua parte hæreditatis meæ Ecclesiam vellem adiu-  
 uare meam? Cui talia referebam: Vestra iussione huc veni, & de hoc modo nil certi  
 nec possum vel volo respondere: si diuino consensu & regis largitate, vestra voluntas,  
 pia semper in me, hinc adimplebitur, quicquid in hoc aut in rebus aliis pro animæ re-  
 medio meæ, & de debito commissi facere possum, deuotus implebo. Hoc verbum  
 Antistes benignè suscipiens, & laudans, me ad capellam Brunonis Episcopi, vbi Rex  
 eundem expectabat, duxit, & paratus ad missam, Regi me per manus tradidit. Qui  
 cum electione præsentium pastoralis mihi curam immerito commisit cum bacu-  
 lo, & prostratus veniam petij, cantor Introitum incepit: Venite benedicti patris mei,  
 10 & in maiori Ecclesia omnes interim ad missam campanæ sonabantur, quod etsi casu  
 & non iussu alicuius seu dignitate mea euenisset, tamen Rex bonum hoc esse omni  
 testatur. Peracto tunc ibi magno à Brunone venerabili Præsule conuiuio, proximo  
 sabbatho ad nouam urbem venimus: Ibi tunc in octauo dominicæ solennitatis die à  
 prædicto Archipræsule, Hillibardo confratre nostro adiuuante, & coepiscopis non  
 minus quàm IIII. aspirantibus in Regis præsentia chrismate in sacerdotè perunctus  
 sum VII. Cal. Maij. Inde Ratisbonam in Danubio flumine nauigio perducimur. In  
 dieb<sup>9</sup> illis fames magna in hac regione fuit. Interea Henricus Dux rebellionis gratia  
 20 Bauariam clanculum intrare præsumens, interclusum sibi aditum à prouida regis so-  
 lertia vt primò persensit, mox fugiendo reuertitur. Quocirca optimi Bauatorum  
 Ratisbonæ regali edicto conueniunt, & quamuis duci suimet ad tres annos se alterū  
 non eligere omnes sponte iurarent, tamen ob hoc à rege iurgati, blanditijs & minis  
 ab eius famulatu & auxilio deducuntur, sibi que specialiter assumuntur. Ibi tunc con-  
 30 fratres de monasterio Christi martyris Emmerani, quod Arnulphus Imperator in  
 honorem eius construxit, hicque ad corporaliter pausandum elegit, vnanimiter re-  
 gis pedibus prouoluti, ex parte Præsulis suimet Gebhardi multa flebiliter, me eadē  
 audiente, queruntur, & laici præsentis magnis lamentationibus his subsequuntur.  
 Difficile mihi, enarrare, & alicui credere, quanta de his populis sibi subditis ad vanā  
 pertinencia superstitionem, animæque detrimentum suæ, differeret. Hoc solum scio,  
 quod moribus & raris apparatibus huic similem nunquam vidi, neque de antiquo-  
 30 ribus audiui. Si interiora exterioribus concordāt, aut melior cæteris, aut longè infe-  
 rior. Optimè prius culta diruens, nouis insudat maximis laboribus: Patriam cū com-  
 missis deserit, aliena, & quæuis longè sunt, superuacuis cultibus colit. Dominū testor,  
 quod non ob reprehensionem sui tantum hoc loquor: quia nostra fragilitas in proxi-  
 40 mis dissimulanda, & ob meliorationem castiganda: quātum veritate ad hoc me per-  
 suadente, vehementer hoc cum multis admiror. Propitius illi dominus, vt si hæc bo-  
 na intentione faciat, in iustificationibus domini sine querela cursum huius peregrina-  
 tionis incedat. Si autem tumore elationis aliquo magis inflatus, quàm amoris fo-  
 mite spiritualis tanta operatur, ad vituperandam solum præsentium conuersationē,  
 conuertatur ab iniquitatibus suis, ac pro lucracione secularium, ædificationem fide-  
 40 lium sequutus animarum, nullo prematur detrimento sui. Felix est in Christo, qui  
 æternam iustitiæ cultu memoriam, & à malo suspensus, auditu diuinam promeretur  
 ad dexteram vocationem. Rex dum hæc, quæ nunc longè progressus, aiebam, discu-  
 tit, ad inuadendam Episcopalem cathedram iussu regis ego præcedebam. Primoq;  
 ad curtem meam Slauonicè Malasin dictam, Teutonicè autem Egisuillam, veni, &  
 subsequenti luce iuxta Elstram fluium, & Iteri oppidum, cum conuocatis Ecclesiæ  
 50 meimet famulis ad consolandum præsentis, & aduocandum absentes loquebar. Fu-  
 gerat enim maxima horum multitudo suimet inconstantia, & antecessoris mei infir-  
 mitate præualida. Inde ad Merseburg proficiscens per Ericum antistitem à confrat-  
 ribus primò honorificè susceptus inthronizabar. Dies dominica crastino illuxit, &  
 ego peccatorum missam cantans populos aduenientes admonitionis egens institui,  
 & peccata confitentibus diuina potestate, tamen in infirmitate mea resolui. II. feria  
 Rogationū dies incipiunt, & hinc ad Magdaburg petitione Archiantistitis mei per-  
 gens III. feria à spiritualibus meimet fratribus non pro qualitate meriti, sed pro  
 quantitate amoris immensi suscipiebar. Ascensionis inelytum & regale mysterium  
 communi deuotione pro nostra possibilitate peregrimus. Inde ad Wallibizi perrexi,

Dithmarus E-  
 piscop. Merse-  
 burg. designa-  
 tum.

Inuentum.

Henricus Dux  
 Bauaria.

Arnulphus  
 Caesar.

Gebhardus,  
 Episc. Ratis-  
 bonensis.

Dithmarus mu-  
 nus suum ca-  
 pssit.

Ericus Episc.

Ditmarus  
Præpositus  
Wallebecensis.

Lotharius,  
Ditmari au.

Mathildis,  
Lotharij uxor.

Ditmarus  
Presbyter fil.

Hillericus.

vbi tunc Præpositus, confratres, domino semperque virgini Mariæ ibidē seruientes, VII. annos ac tres hebdomadas & tres dies rexi, tātum onus Simoniaco, proh dolor, subiens exemplo, non in pecunia sed in prædio patruo meimet dato. In hoc multum culpabilis, spero districti iudicis veniam, quia ob defendēdum gregem dominicum, & instituta parentum obseruanda, multo magis id egi. Ergo te lectorem per Dominū tebor, vt textum huius narrationis inspicias, & pro qualitate meriti discernas, examinantisque venturi horridam faciem lacrymabili supplicatione præoccupes. Auus paternus, de quo prædixi, Luitharius postquam in dominum suimet, & regem deliquit, næuum hunc abluere sedulo cogitauit. Vnde monasterium in loco, qui Riuis dicitur syluaticus, in honore sanctæ domini genitricis construxit, ibidemq; Willigifus supra statuit Præpositum, concedens fratribus his ad victus vestitusque necessaria decimam hæreditatis suæ partem. Quo discedente, vxor sua Mathildis votum dilecti senioris sui, fauentibus ad hoc duobus suimet filiis, perficere anhelauit, & post obitū Willigifi patris egregij, Reginbertum de orientali Francia natum succedere fecit. Hic decurso multorum spatio annorum, moxuo tunc patre meo, & matre eius, auxilio patru meimet Lutharij antiquæ ciuitatis antistes à tertio Ottone effectus est. Fuit tunc in nostra vicinitate clericus nobili genere Thiedricus nomine, qui iuasū præfati Comitis decem mansis præposituram hanc comparauit. Quo tot annis vel plus sedente, defuncta matre mea ego hæres tertius successi, & prædij medietatem, quæ cœnobium respiciebat præfatum, à confratribus meis suscepi. Ex in patruum sæpe alloquebar meum, quatenus mihi liceret curam subire prædictam, & si non potuisset id fieri dono, saltem fieret mediocri precio. Hoc præ longa animi constantis deliberatione, posthabito charitatis & affinitatis debito, magna ex parte mea poposcit, & quia in fratribus meis nullo fruebar adminiculo, desiderio eiusdem proh dolor cōfensi, ac eiusdem Ecclesiæ, cuius tunc fui paterina traditione seruus, dominicæ incarnationis anno millesimo, 11. Non. Maij custos effectus sum, annuente id antecessore meo ob acceptam commutationem sibi placitam. In hoc officio plus iniquitatis quā diuinæ æquitatis ociosus operator exegi, & pro hoc dignos pœnitentiæ fructus nunquam exercere conabar. Nullum consanguinitatis linea mihi coniunctum accuso, sed bona pro malis omnibus his exflagito. Mortua vxore fratris mei, rogatus sum ab ea, vt sepulturam ei præparare voluissem optatam. Sed cū scirem Willigifum venerabilem ibi esse tumultatum, primò renui, at postremò rectum & pudorem voluntati eiusdem supposui, miserque aggressus sum, quod vtiā non fecissem, & quod gentibus nefas videbatur. Christianus ego in deiectione sepulcri & ossium cōfratris mei operabar, & calicem argenteum, quem ibi inueniebam, pauperibus ad diuidendum referuari præcipiebam, quem postea nullatenus comperiebam. Agnoui post in infirmitate sequenti, quia in dominum nimis peccaui. Sed cū hanc diuino superarem auxilio, causa orationis Coloniam petij. Quadam autem nocte audiens clamorem immensum, quid hoc esset, percunctatus sum: &, hinc ego sum, inquit Willigifus, qui culpa tui errans vāgor. Expergestatus mox obstupui, & vsque huc, & quā diu viuo culpabilis hoc ingemisco. Ad percipiendum presbyteratus ordinem ad Alstidi ciuitatem à domino Tagmone vocabar, & in via hac peracti facinoris confessionem feci, & quod emendationem eius promisi, pro debito non compleui. Presbyterij verò dignitatem XII. Cal. Ianuarij à præfato Archiepiscopo, præfente Henrico rege, & casulam mihi optimam largiente, indignus percepi. Antequam verò Episcopus ordinarer, in ea hebdomada, qua recordatio fratrum à cunctis fidelibus vniuersaliter celebratur, talia per somnum quidam mihi nuntiat: In hoc, inquit, anno Præsul Hillericus & Meieric Decanus ac tu mandatum domini implere debetis. Cui sic respondebam: vt sit voluntas in cœlo sic fiat: & in ipso mense, & in tertia Calend. Nouembr. quæ tunc proxima fuit, antistes prædictus, vt sibi prius reuelatum, in Christo exhalauit. Sed quia dominus omnipotens humanam fragilitatem sæpe dignatur visitare & consolari, congruum est laudibus & scriptis hoc posteris innotescere, vt glorificetur nomen domini, & prospiciat homo instabilis sibi. Præsul supra memoratus, in Magdaburg inualecente prius nimia corporis ægritudine, à quodam egregio viro in somnis sibi apparente sic admonitus est: Ne sis modò de fine tuo sollicitus, quatuor

tuor annos & duas hebdomas vel tres expectabis, & bona quæcunque possis operari, non desistas. Hæc loquutus euauit, & sicut ille prædixit, Episcopus mente, ut spero vigilanti, superuixit, morte, pro dolor, subitanea lineam vitæ huius concludens supremam. Post omnium memoriam sanctorum, ego de me multum pavidus, licentiam abeundi à decano postulavi, & eundem, ut se prouideret, admonui. Ad curtem meam, quæ Retmersleue dicitur, veni, & in nocte proxima suppliciter dominum rogavi, ut aliquam de me certitudinem dignaretur aperire. In primo subsequenti diei crepusculo, id est, in vigilia sancti Martini, ut paululum quiescebam, sic tunc, ut mihi videbatur, Walterdus, tunc noster Præpositus, hæc dicens, apparuit. Vis tibi præfutura scire? & ut voluntatem meam in hoc sensit, mox volumen vnus Martyrologij diligenter inspiciens, plumbum, quo murus mensuratus dirigitur, tacendo immisit, & post longum temporis interuallum, hoc substitit, & quid nunc est, aio ad eum, & ille: Veni, inquit: & vidi manifestè numerum hunc atramento signatum, incertus vtrum dies an hebdomas seu menses assignaret annorum, & protinus respondebam ei, Vtrum prius indictum, an posterius innotesceret tempus. Et ille tacendo exiuit. Equidem præmonstratas mihi inducias cura non sine maxima notavi, sed bonis operibus nullatenus perueni. A dueniente quinto mense, quamuis plus mortem quam hoc sperarem, completur vtrumque in accepto Episcopatu somnium, quia in eo præceptis obediui diuinis, & numerum compleui signatum. Vnde inconueniēs esse mihi videbatur, ut sine speciali rectore Ecclesia, quam hæcenus regebam, esset, ac eidem Willigisum fratrem meum ex patre, huius altaris seruum, communi fratrum consilio præposui, & inde ad Merseburg veniens cum domino meimet, rege, proximam pētecosten celebraui. Dehinc ad Magdaburg omnes venimus. Ibi cum nepos meus Marchio Wirinarius à rege in multis accusatus, gratiam eius & beneficiū suimet, instinctu Dedi Comititis, perdidisset, nisi infirmitas eius subitanea id impediret, & nichoc Burchardus Comes Palatinus prudenti cōsilio distulisset. Rex inde progressus, varias occidentalium mentes probare, & ne solito commouerentur, sedare tētauit. Quos nonnulli iniustitiam dominorum suorum pati nolentes, laudant, nos autem quasi ignauos econtra vituperant: Sed plerique qui corporis voluptatibus cunctis seruientes freno æquitatis, à domino impositæ, regi nullatenus curant, sed hoc virtute, seu fieri valet, arte, de futuro nil solliciti, defendunt, & omnes, in hoc sibi contentes, detractione & odio insociabili persequuntur. Sed ego his neque suimet fautoribus consentio, quin potius illis, qui domino se, potestatibusque ab eo constitutis, humiliter & cedunt, suspiro, quibus videtur esse satius, omnia propter dominum pati, quam flagitio & execrabili periurio diuinam maiestatem offendere. Nostri prædecessores suis senioribus semper fideles, in extraneas nationes, ac non in viscera, optimi sequebantur milites. Hæc posteritas discat, & alia fugiat, quæ mutanda sunt, non in peius sed semper in melius trāsferre contēdat: beatitudinē ostēsam libēter attēdat, eorumque opposita fugiēs rē apprehēdere studeat. Quid illos amplius corripere vel hos tollere volo? cū vnusquisque pro qualitate sui seminis pro certo recipiat fructū futuræ messis. Cū pro corruptilibus accipiēdis semper laboramus, cur nō ad indeficiētis coronā honoris sublato timore aliquantulū properamus? Hanc ad capiēdam Rex noster, ut prædixi, in itineribus & aliis necessitatibus maximè laborans, amicos fecit sibi inimicos, iustè eosdem exosus. Interim Dedi Comes magnum dedecus in verbis & in operibus prædicto nepoti meo inferens, excitauit malum, quod fore putauit oblitum. Consilio enim eius & auxilio vrbs patris eius & nostra Wolmerstidi, Slauonicè autē Vstuice, eo quod Ara & Albis fluuij hic conueniant, vocata, combusta est & depulata. Commouit hoc omne animosum iuuenis egregij pectus, & cū hostem de ciuitate Tongeramunda dicta, quia Tongera fluuius ibidem in Albim cadit, equitare veraciter comperiret, fratrem meum Fridericum cum xx. tātum militibus armatis sumens secū, à summitate vnus campi, ad Mosum villam pertinentis, quod eminus aspici potuit, viriliter aggreditur, & eundem, fugientibus mox plusquam xl. sociis fortiter resistentem cum Egilhardo, suimet milite occidit, & post hoc iustè perdidit, quod prius penè inrationabiliter eius persuasum amisit. Sed si, te lectorem, audire delectat, vnde is fuerit, de tribu quæ Buzici dicitur, & de patre Thiedrico, originē

Dismarus  
Deum futura  
posuit.

Willigisus  
Dismari fra-  
ter.

De hoc Wirin-  
hario supra  
lib. 4. est Lo-  
tharij F. Wir-  
inbarij N.  
Dedi Comes.

In seditiosos.

In sui seculi  
mores.

Dedi Comes  
eiisque cades  
& res glia.  
Wolmerstad.

Fridericus,  
Dismari fra-  
ter.

Budfecia fa-  
milia.

Bio Comes  
Merseburg.

Zarbeck,  
Burggraf  
Titburga.

Dittericus  
Dedonus F.

Wernizo, qui  
ante Wirin-  
harius,  
Theodoricus  
Metensis &  
Henricus fra-  
ter.

Heimo Wir-  
dunensis Epif.

Hermannus  
Comes,  
Guncelinus  
Marchio,  
Roehlicia.

Eccardus  
Hermannii  
frater.

Guncelinus  
damnatus.

Boleslaus, Gu-  
celini frater.

duxisse accipies. Hic Rigdago Marchioni, agnato suimet, ab infantia seruiebat, & ge-  
mina cordis ac corporis virtute pollebat. Et vt prædixi, Boemios aduersum nos in sur-  
gentes, ad Cicensem perduxit Ecclesiam. Vbi cum his vastando circumquaque per-  
lustrans, ad vltimum captiuam matrem suam hostis nõ filius cum cætera abduxerat  
præda. Post hæc reconciliatus regis efficitur III. Ottonis, & in paruo tempore gratiã  
• ius & familiaritatem promeruit. Interim Bio, Comes Merseburgensis, in expedi-  
tione obiit, & Gislerus Archipræsul huius Comitatum, qui inter Wipperam & Salã  
& Saltam, ac Willerbizi fluuios iacet, isti acquisiuit. Insuper Zurbizi Burgwardum,  
quem antecessoris sui in beneficium possederunt, sibi & confratri suimet Friderico  
vendicauit. Insuper Thiedburgam, Thiedrici Marchionis filiam, duxit, & ob hoc o-  
• 10  
mne adeò intumuit, vt regi molestiam in occulto, & multis offerret in aperto. Proxi-  
mum natale domini rex in Polithi celebrauit, & ibidem Thiedrico, prædicti Comi-  
tis filio, Comitatum ac omne beneficium iure, & hortatu Reginae ac Principum sui-  
met, dedit. Insuper Marcam, & quicquid Wernizo ex parte registenuit, hoc totum  
Bernhardo Comiti concessum est. In diebus illis Thiedricus, Metensis Episcopus, &  
Dux Henricus, frater eius, cum cæteris conspiratoribus magnam regi & suis famili-  
aribus molestiam inferens, sibi successoribusque suis inexsuperabile detrimentum  
promeruit. Ecclesia namque vna, quæ extra Metensem stabat ciuitatem, & congre-  
gatio, ibidem seruiens, à Slauis, dominum non timentibus, vastatur. Sed hoc damnũ  
magna ex parte, Rex cum iuramentis, & ex sua proprietate restituens, ne quid huic si-  
• 20  
mile accidisset, cuncto exercitui cauere præcepit, vineas & ædificia cum frumento  
cæterisque vtilitatibus læsit. Vidi epistolam non longè post, vbi octingentorum nu-  
merus mæcipiorum sancti Stephani inscriptus fuit, quæ propter famem & aliam ne-  
cessitatem à patriis finibus egressa sunt absque conscientia præpositorum, exceptis  
omnibus, qui cum consensu eorum abierant. Satius esset huic Ecclesie, quòd nun-  
quam natus fuisset homo ille. Describam quoque vnum facinus eorum, quod in A-  
dra lugubriter peregerunt. Rex autem habuit concilium in Moguntia ciuitate, & hi  
tunc interfuere: & cum omnia ibidem secundum suimet placitum respondere non  
potuissent, reuersi sunt irati: pace tamen ad tempus facta: & cum eos sequerentur non  
mali sperantes, Heimo Wirdunensis Episcopus, & Dux Thiedricus, latentes insidias  
improviso irruunt, & patris effugientibus, cum Episcopis interfecti sunt innumera-  
biles viri. Dux ille nimis vulneratus, & quia amicus eorum fuit, captus abducitur, &  
multos dies custoditur. Post hæc datis obsidibus soluitur, & à regis gratia in hoc non  
mouetur. Interea Hermannus Comes & Guncelinus Marchio inuicem certantes,  
inuitato in his regionibus more cõslixere. Namq; Guncelinus Strelam ciuitatem,  
à militibus Hermannii custoditam, expugnare tentans, & nil proficiens, Roehlitz vr-  
bem, iuxta Mildam flumen positam, & non bene prouisam, incendio cõsumere præ-  
cepit. Insuper quicquid incommoditatis prædicto Comiti, quia semper patri in fra-  
• 30  
trũ filios seueri, facere potuit, id nullatenus distulit. Hermannus & Ekkihardus con-  
fratres, castellum quoddam iuxta Salam situm, quod Guncelinus vnice sibi dilectum  
muris & præsidio firmavit, bonisque innumerabilibus impleuit, ex improviso manu  
valida circumdantes, expugnant, & diuisa omni congerie, radicitus illud deiciunt,  
ac incendio consumunt. Peruenit hoc ad aures regis, & confestim idem ad Merse-  
burg, hæc ad discutienda, properauit. Sed cum ibidem prædictorum sententias Co-  
mitum animaduertisset, culpam omnem Guncelino imputat, quia se in multis prius  
sperneret, & in illato sibi dedecore vltorem non expectaret. Adiecit autem, quòd fa-  
milias multorum, sæpe id sibi querentium, Iudæis vendidit, & nec iussu suo has red-  
dere, nec latrocinia, multis à sua potestate nocentia, vnquam curauit comescere.  
Insuper quæstus est, quòd maiorem apud Bolizlauum fratrem gratiam hætenus ha-  
• 40  
buisset, quàm ei deceret, aut sibi placere deberet. Hic etiam presentes erant, qui cum  
semetipsis reum esse maiestatis, accusare voluerunt. Inter tot lamentationes & eius-  
dem suorumque excusationes, Principum communiter consiliũ à rege quæritur,  
& ab his diu hoc secretè volentibus, taliter respondetur. Scimus hunc erga vos in-  
excusabilem non esse, & vt vestræ pietati se, omni relictatione remota, tradat, nobis  
bonum videtur. Admoneat vos misericors Dominus, vt nõ qualitate suimet meriti,  
sed pro

sed pro quantitate ineffabilis clementię vestrimet, ad exemplū omnibus ad vos conuerſis, in eo faciatis. Horū consilio Rex aspirās, suscepit eundem, & Arnulpho Antistiti firmiter custodiendum tradidit, præsidij continuatione ab hostibus Misni mu-  
 niens, eamque ad tempus providendum Friderico cōmittens. Proxima verò messe interuentu Reginæ & instinctu cari Tagmonis, Hermanno Comiti Marchiam de-  
 dit, & consilio & laude Principum eorundem. Interea prædictam urbem Bruno Comes, frater Guncelini, ordine vicis suę custodiebat, & ecce priori die, quàm Hermā-  
 nus aduentaret, magna Poleniorum caterua in primo diei crepusculo Albim trans-  
 gressa, vsque ad portam ciuitatis, sibi promissæ, silēter veniebat. Sed cū positis ibi-  
 dem militibus facilis ei nō pateret introitus, reuersa tristis, proh dolor illæsa & nemi-  
 ni nocens. Huius rei ductores erant duo Wethenici ex suburbio, vt post reuelatum  
 est. Namque hi sanguine suo talem merito præsumptionem persoluunt. Bolizlaus  
 autem inter spem metumque sollicitus, in Budissin hos expectabat, & vt aduētare so-  
 cios comperit, delusum se grauiter pergit. Post hæc Hermānus Comes per regalem  
 nuntium introducit, ac debitoribus suis, quicquid in eum deliquerāt, dextera hoc  
 affirmante, ab eo remittitur. Rex autem in hac ætate & proxima hyeme consilio &  
 virtute pacificatis hostibus, contumeliam & damnum à Bolizlao sibi illatum crebra  
 meditatione reuoluit, & post Pascha expeditionem suam atroci iussione indixit. Fit  
 conuentus in Belegori, quod pulcher mons dicitur, in Geronis prædio Marchionis.  
 Tunc Bernhardus Dux & Waltherus Præpositus gratia Bolizlao conuertendi  
 præcesserunt, ac in Libiz, quod sibi placeret inuenientes, reuersi sunt. Venit etiā huc  
 Jaromirus, Boiemorū Dux inclytus, & regi per omnia fidelis. Nec præterire possum,  
 quod miserabile prædicto Comiti ibidem accidit. Nos omnes, nec aliquem excipe-  
 re valeo, vice amicorum hostes huic fuimus, exceptisque dūtaxat mancipiis, omnia  
 consumpsimus, & quædam igne. Huius rei nec Rex vltor seu defensor fuit. Inde ad  
 Luzici pagum, in cuius fronte vrbs quædam Jarina stat, à Gerone dicta Marchione,  
 qui magnus fuit, & sic nuncupabatur. Ibi tunc capti sunt duo fratres ex prouincia  
 Heuellun, & ex vrbe Brandeburgensi, qui ad Bolizlao, causa eum contra regem  
 vertendi, venerunt, & inde digressi inciderunt palàm laqueum, quem occultè teten-  
 derunt. Hi de multis interrogati, & nihil de his omnibus volētes profiteri, in uno col-  
 le pariter suspendio periere. Infirmabatur tunc ibidem Rex, & sibi dilectus Tagmo.  
 Tūc Principes angusto versant in pectore, quid deberet fieri de incepta expeditio-  
 ne. Tandem ab his inuentum, quod Rex cum Episcopis quibusdā & infirmiori mul-  
 titudine rediret: Arnulphus autem & Meinwercus Episcopi cum Duce Jarimiro &  
 Marchionibus Gerone & Hermanno cæterisque compluribus Cilensi & Diedesi  
 vastarent. Sicque factum est. Prædicti seniores, cū urbem Glogua dictam, vbi Bo-  
 lizlaus ipse fuerat, ac eos perspicere poterat gregatim, loricati transirent, militum  
 hæc à muris cernentium animos prouocant, & hi Ducem suimet, cur hoc pateretur,  
 alloquentes, sibi eos tentandi licētiam poscunt. Quibus talia refert: Exercitus, quem  
 videtis multitudine paruum, virtute magnus est, & è militibus cæterisque electus.  
 Hunc si aggrediar, siue vincam seu superabor, in posterum depressus sum. Regi pos-  
 sibile est, alium ilico exercitum congregare: multo melius, nos hoc modò patienter  
 ferre, & aliàs, si possit fieri, absque magno nostri detrimento his superbie vobis no-  
 cere. Sic insolens militum animus sedatur, & in hoc itinere nulla eiusdem volūtas in  
 nostris aduersitatibus fatiatur. Quamuis crebra imbrium inundatione nostri tarda-  
 rentur, tamen latè magnum hostibus damnum intulerunt. Tandem vastatis omni-  
 bus circumquaque iacentibus, Boiemi ad sua, nostri autem per Milzienos fines lati  
 ad Albim remeabant, præmissis illico ad regem nunciis, qui cum bona prosperitate  
 se venturos indicarent. Hic Domini gratia bene conualescens, legationem istam, &  
 ponē sequentes, amicabiliter in Merseburg suscepit, & Archiepiscopus Tagmo de  
 Strela bis à rege dōuisus sanctam Thebæorum solennitatem in Magdaburg celebra-  
 uit, & ad regem huc incolumis venit, tractatis tunc patriæ laborantis necessitatibus  
 plurimis. Rex iterum occidentales inuisit regiones, & fluctiuagos habitatorum ani-  
 mos sapientiæ freno edomans, Natale domini festiua iucunditate in Palthi celebra-  
 uit. Tunc iterum sibi percharam Merseburg inuisit, & firmata ibi ad v. annos mutua

Fridericus.  
Hermannus,  
Guncelini sus-  
cessor.  
Bruno.

Hermannus  
Mysne aduer-  
saris ignoscit.

Expeditio in  
Boleslaum  
Polon.  
Belgern pul-  
cher mons.

Jaromirus  
Boiemus.

Jarina à Ge-  
rone.

Glogouia.

Boleslaus de  
hoste.

Merseburgi  
Cæsari cari.

*Lebusia Romanorum olim presidium.*

*Natalis Henrici. Fanum Pabergense de dicitur.*

*Gebehardus Ratisbonensis & Theodoricus Metensis, Episcopi.*

*Tagmonis Archiepiscopi morbus.*

*Sigefridus Abbas, Ditmari frater.*

*Tagmonis mors.*

*Waltherus Archiepiscopus designatus.*

*Ditmarus libertatis defendendae auctor.*

pace, cum consilio paucorum urbem Luibusuam dictam ædificare & confirmare præcepit: de qua multi prædixere venturum, quod in hoc anno, pro dolor, agnoscunt, non omne falsum. Ad hæc venimus in fine mensis Ianuarij, & ibidem sanctæ domini genitricis purificatione veneratione iusta peragentes, in xiiii. diebus opus impostum compleuimus, & præsidio urbem munientes, remeauimus. Iuxta hanc in parte aquilonari stat ciuitas, quam à prædicta nil nisi vna vallis diuidit, & in hac xii. portæ sunt. Hanc cum diligenter lustrarem, opus Iulij Cæsaris, & magnam Romanorum structuram, Iucano admonente, tractaui. Hæc plus quam decem millia hominum capere potuisset. Minor autem, quam tunc perfecimus, ab Henrico I. rege vsque ad hoc tempus vacua erat, & quæ flebili miseria hæc citò corruerit, enumeratis, quæ inter hæc acciderant, explicabo. In priore æstate, iiii. Idus Augusti, Monasterium in Wallbizi cum iiii. Ecclesiis & cæpans omnibus, tunc edificiis appertinentibus propter peccata mea incendio periit. Peracta in ciuitate Bauenbergensi Ecclesia maiore cum natalicijs regis dies esset, & xxxv. iam inciperet annus, i. Non. Maij, omnis primatus ad dedicationem istius aulæ ibidem congregatur, & sponsa hæc Christi per manus Iohannis, Patriarchæ de Aquileia, & aliorum plusquam xxx. Episcoporum dedicatur. His ego peccator interfui, & vt summo decuit regi, in omnibus hanc ornatam vidi. Post hæc Synodus hic fit magna, in qua Geuehardus, Ratisbonensis Ecclesiæ Præsul, ab Archiepiscopo suimet arguitur, & Metensis Ecclesiæ Præsul Thiedricus, à rege increpatur, eò quòd epistola suimet hunc iniuste apud Papam accusaret. Sed hæc omnia & multa alia consilio prudenti finita sunt, & restitutio parochiæ tunc promissa est mihi. Completis omnibus in orientali Francia vtilitatibus, Rex Merseburgensem reuisit ciuitatem, ac ibi sanctam pentecostes solennitatem celebrat, & in primo mane dominicæ diei, qua sanctus Apostolos repleuit Spiritus, Tagmo Archiepiscopus infirmari cœpit, & missam canere non potuit. Tunc iussus sum indignus hoc officio succedere. Postera die ad modicum conualuit Archiepiscopus, & ad regem ambulans se multum commouit, & post hoc in tantum tardatur, vt per se nunquam aliquid facere potuisset. Accersito tunc ad eum fratre meo Abbate Sigefrido, ac Præsule Erico, illis confessionem fecit, & in v. feria, cum iam inde voluisset pergere, iuxta caminatum regis solio portatur suo, & eleuato à capite pileo dormientem alloquitur seniore: Grates tibi condignas, domine mi charissime, referat omnipotens Dominus de cunctis miserationibus tuis, quibus peregrinum me hæcenus visitasti, & consolatus es. Et tunc ad Ecclesiam veniens, audiuit missam, præsentibus benedicens. Inde portatur ad nauim, & in ea Witganstein deductus est. Ibi tum sabbato requiescebat, & in die dominica iuxta urbem suam Sputni vocatam, nauigio venit. In ii. autem feria in ipso itinere cum iam penè defecisset, Walterdum ad se vocauit præpositum, eiusque fidei se suosque committens, v. Id. Iunij non obiit, sed ad Christum, quem semper amauit, lætus abiit. Fit oratio à confratribus, cum intermixtis fletibus, & Bodo miles ad regem ad hæc indicanda mittitur. Corpus autem Archiepiscopi ad Frasam ipso die venit, & ibi sacerdotalibus vestimentis paratum, ad sedem suam transfertur, & cum ingenti tristitia ab omnibus suscipitur. Ego autem hæc omnia in Merseburg serò comperies, in ipso depositionis die orto iam sole adueniebam, & cum in Ecclesia maiori pauca orationis verba effunderem, veni ad refectorium, vbi præpositus cum vniuersis confratribus atque militibus sedens, de electione tractabat. In quorum præsentia ego stans, multum fleui, turbatus dolore vehemēti, & salutatis omnibus, sedebam, & quod ab his tunc esset dispositum, interrogabam. Ad hæc Walterdus: misi, inquit, legatum meimet ad regem, qui hæc ei, quæ nobis acciderunt mala, indicaret, & voluntatem suam in rebus faciendis inquireret, & hic ad nos Henricum Antistitem misit, vt electio à nobis non fiat, sed tantum consensus vnanimis, & hoc indicetur ei. Nunc autem omnium pietas præsentium me, quamuis ad hoc indignum, de- ex his, qui electionis huius ac consecrationis participes esse debent, & hoc vobis consilium do, ac illud adiuuare in quantum possum volo. Senior meus imperet quod velit, vos autem quod accepistis à Deo & antecessoribus suis videte ne perdati. Te autem fratrem primus eligo mihi ad Archianstitem, non charitate tua, sed vtilitate certa in te

ta in te agnita: & presentium mentem nunc singulariter scire desidero. A quibus hoc  
 unum percepi responsum, Waltherdum nobis in dominum & ad Archiantistitem e-  
 ligimus. His tunc confirmatis, ille surrexit, & coram prostratus, veniam petiit diuinam  
 interpellans pietatem, ut hæc nobis omnibus retribuere dignaretur, & à sua parte bo-  
 na promisit omnia. Tunc ego me inclinans, rogavi eum per nomē domini, & per ve-  
 ræ fraternitatis amorem, ut Ecclesiæ meimet, admodum despoliatæ, parochiam sibi  
 iuste pertinentem, si ad hunc perueniret honorem, restituere, aut sibi hanc cum aliis  
 rebus inde abstractis voluisset sacramentis firmare. Hoc mihi in presentia omnium  
 firmiter promisit. Interim lassatus ab itinere Præsul Henricus, dormiuit, & Episco-  
 10 pus Wigo veniens, electionem nostram consolidauit. Mittitur à nobis omnibus tunc  
 custos Ecclesiæ Redingus ad regem, ut memor domini, & antiquæ promissionis, si  
 vnquam sic accidisset, familiam sancti Mauritij orbatam, & nimis tristem, tanto patre  
 consolari voluisset. Audita iam prima, Ericus antistes euigilat, & missam pro defun-  
 ctis cantauit. Post Euangeliū aut, ad quid Rex eū huc mitteret, presentibus innotuit,  
 & defuncto Archipræsuli absolutionem nobiscum fecit, & ab omnibus fieri postu-  
 lauit. Tertia enim tunc dies erat, qua sacerdos prædictus obierat, quæ cum septima  
 atque tricesima in vniuersiuique fidelis exitu memoriter ob mysterium in se conti-  
 nens, celebranda, id est, ob fidem sanctæ trinitatis & septiformem spiritum. Ac de-  
 hinc corpus benedictum vsque ad locum sepulchri carmine & plactu defertur, ac po-  
 20 situm est occidentali parte in choro ante cryptam, quam ipse fecit, & consecrauit, &  
 in qua se, quam diu vixit, coram altari rogauit sepeliri. Vbi idem lacrymabiles sæpe  
 effudit orationes. Sed Waltherdus locum hunc, in quo nunc pausat, quia non erat de-  
 dicatus, animæ salubrem, & introeuntibus cunctis conspicabilem, dilecto suimet se-  
 niori prouidit. Sed quia beati omnes virtutibus suis cum Christo viuunt, & in hoc se-  
 culo scriptis, non est bonum, tanti patris inclytam conuersationem silentio tegere, sed  
 veritatis luce omnibus proficuis innotescere. Erat hic iustus, timoratus, ac miræ cha-  
 30 ritaris, largus & fidelis, castus ac mitis, prudens & stabilis, canonicus habitu, sed Mo-  
 nachus in omni conuersatione sua. Vitia in cunctis ob meliorationem asperè carpe-  
 bat, bona quæque laudans. Non fuit apud modernos vllus pastor, qui confratribus  
 suis familiarior esset: hos amauit, atque coram populis laudauit. In primo ordinatio-  
 nis suæ anno templū domino ædificare cœpit. Præsbyteris & Diaconis vestitum sui-  
 met viliis, Subdiaconis autem & inferioribus 111. adauxit. Nisi infirmitas ob-  
 sisteret, omni die missam & psalterium cantauit, & quia ieiunare ob lassitudinē non  
 potuit, elemosynarum multitudine redemit. In vigiliis supra modum laborauit, &  
 quia parum manducare ob infirmitatem dentium potuit, potu quamuis mediocri fa-  
 40 cile satiatur. Nobiles genere & moribus amauit, ignobiles autem non cōtempnit, sed  
 in sua familiaritate habuit. Cultores Christi dilexit, contemptores autem eius iuste  
 prosequitur odio. Omnia sibi diuina commissa excoluit, & lucrari contendit. Ante-  
 quam diuinum perageret mysterium, seuerus fuit, & post omnibus hilaris arrisus, &  
 sæpe cum suis kyrie eleison cantauit. Nequeo ex parte mea numerare, quantum  
 pietatis munus mihi indigno studiuisset impendere. Hoc tantum scio, quod nunquam  
 illi digna remuneratione de his respondi. Obcedentiam, quam ei suisque successo-  
 ribus in examinatione promisi, minimè adimpleui. Harnaburg & Frasan ac Prætin  
 vrbes cum curte vna, quæ Esiconis fuit Comitum, suæ acquisiuit Ecclesiæ. Apparatum  
 Episcopalem satis egregium & affluētē congregauit. v111. annos & menses 1111.  
 & v11. dies columna Ecclesiæ sedebat, cadens, ut prædixi, presentialiter, sed inuisibi-  
 50 lit templo Domini trāslata manet perpetualiter. Eodē die Vngetus, Posnaniensis cœ-  
 nobij pastor, confacerdos suus & suffraganeus, xxx. ordinationis suæ anno obiit.  
 Nunc hæc dicta sufficiant, & de quo mihi nunc sermo, amplius loquar. Redingus ad  
 Regem veniens, suam legationem suppliciter profert, & quamuis arduè, tamen desi-  
 derata impetrans, per internuntium Waltherdum, in exequiis dilecti senioris studi-  
 osum, etiam xxx. talenta argenti Thiedrico nepoti meo in elemosynam, excepto vi-  
 ctu, largiētē, vocat, & ego iussus venire, proficiscebar cum eo, ac in sabbatho Gron-  
 nam serò venimus. Mox in presentiam Regis venientes, misericorditer suscipieba-  
 mur, & pauca loquutus Rex, nos ad hospitium ire permisit. Castrametati enim tunc  
 sumus extra urbem, & iuxta lucum, vbi modò sancti Ecclesia Alexandri. Crasti-

Sollicitat pro  
Ecclesia sua  
bonis.

Wigo Episc.

Tagmonis  
laudes.

Vngetus Ab-  
bas.

Theodoricus  
Dirmar: me-  
pos.  
Grona.



no fuit dominica dies, & festiuitas Christi martyris Viti, & ego valde mane missam confratribus meis cantavi, & post hanc, in urbem vocati, iuimus vsque ad caminatam regis, & ibi solus intromittitur Waltherdus, & ibi vsque ad tertiam soli colloquebantur, & egressus tunc Waltherdus, annulum portat in manu sua, & ostendens nobis, ecce, habetis, inquit pignus subsecuturæ pietatis, & tunc omnes nos in presentia venientes, examinatione regis, ipso primitus eum laudante, prædictum patrem elegimus, & optimi quique aspirabant, & mox à rege accepit baculum pastorem. Post sacramentum regis potestati exhibitum introductus est ad Ecclesiam, quam ibi à rege constructam antecessor suus benedixit: & laus domino à præsentibus canitur. Deinde regiam interpellabam pietatem, vt de Ecclesiæ necessitatibus mea ali-  
Waltherdus  
Archiepisc.  
inauguratus. quid loqui cum eo dignaretur, & vt ego postulabam, firmæ suimet cõmisit me fidei.  
Generi Casaru. Thiedricum quoque nepotem meum, vt ipse desiderauit Rex, per manus illi dedit, & cum generos suimet tunc iterum exercitu petere voluisset, cum præsentibus suimet Principibus, qualiter Bolizlaus ab his inuaderetur, retractauit. Hoc omne Archiepiscopo nouiter instituto, & suas curtes in Saxonia positas commẽdauit. Eodem die omnes declinauimus vnusquisque ad sua. In proximo autem sabbato Archipræsulem Waltherdum Arnulphus Præsul iussu regis inthronizauit, & vtrique honore ac magna iucunditate ibi suscepti sunt. Postera die vnctus est Waltherdus ab Eido, Misnensis Ecclesiæ venerabili Episcopo i. i. cum adiutorio suimet confratrum Wigonis, Hillinbardi ac Henrici, & à me, his multum inferiori. Adiuuit autem nos Arnulphus Præsul. i. i. feria omnes nos cū charitate bona, & munere magno abiuimus. Fuerat enim vigilia sancti Ioannis Baptistæ, & tunc Redingus ab Archiepiscopo con-  
Sigfridus Diti  
mari frater. stitutus ad Præpositum, cum communi electione confratrum. In die sancto ad montem cum solito honore is ductus, à me & à fratre meo Sigefrido suscipitur. Ibi tunc missam cantans, populos primò instituit, & post ab Abbate multum rogatus, vt ibi charitatem faceret, obturbam sibi adhærentem omisit. Fuit in natali Apostolorum in sede sua, ac tunc commissos salubriter ammonuit. Interim à Bolizlauri nuntiis rogatus, Scitiam causa pacem faciendæ venit, & ibidem magnificè susceptus, duas ibi tantum noctes mansit, ac nil ibidem perficiens, muneribus magnis reuertitur. Affuit  
Expediio in  
Bolizlaum  
irrita. mox expeditionis in die tunc statuta dies, id est i. x. Calend. Augusti, iuxta locum, qui dicitur Tribenz. Conuenimus, & sic rursus vsque prope Belegori ascendimus. Tunc visum Principibus, non esse bonum, perfici iter nostrum, sed optimis Marcham firmari præsidii, & in sequenti nocte Archiepiscopus capite nimis infirmatur: cumque ad eum mane venissem, diu eum in tentorio tardantem expectaui. Egressus tandem, queritur mihi, se multum ægrotasse. Promisit aut, se ad Reginam, in Merseburg tunc manentem, venturum, & ibi me alloquuturum. Tunc ego abcessi, & ille prius reculans, tunc quia inuencio Christi, p. martyris tunc fuit, & dnica dies, missam cantauit, p. dolor ultimam. v. feria ego ad Merseburg veniens, dum me cū confratribus meis ad aduentum eius præparare, audiui ab internuntiis, quod ille ad Wikalten non bene valens curru veniret. Proximo die huc equitans, Bernhardum Hildesheimensis Ecclesiæ Episcopum causa benedictionis, & quã bene sciebat, curationis gratia vocatum ibidem reperi, & Fridericum Comitem, cuius frater erat Dedi Comes. Et cum introirem, sedebat Archiepiscopus in folio, & me suscipiebat quàm charitatiuè, & suimet pedes, tunc à timore solito relaxatos, intuetur, & dolet, quia dum hi tangebant, venter leuius habebat. Latimauerat is tunc mihi, si hoc periculum sanus euaderet, nullus amicorum mihi fidelior esse potuisset. Fui tunc ibidem, vsque ad vesperam, & tum inuitus redij: quia crastino erat vigilia Christi athletæ Laurëtij, cuius festiuitas dominica instabat die. Quacum ego populis venientibus pauca prædicarem, communiter ab his pro infirmo Archiantistite orationem fieri suppliciter postulauit. i. i. feria ante primam, vbi ille fuerat, veniebam, & tunc hic erat Eid Episcopus, multum pro eo in oratione continua laborans, & cum caminatam, vbi ille pius iacuit, ingressus essem, nec loquentem audiui, nec bene cognoscentem hunc vidi. Aduenere etiam eo viuente Arnulphus & Hillinbardus cum Meinwerco & Erico coepiscopis, omnes hunc pariter benedicentes, & indulgentiam ei facientes. Ego autem peccator vni eum oleo sanctificato in locis maximè dolentibus. Iarimirus Dux quoque adfuit, quem frater suimet Othelricus, & satelles, totius debiti immemor, in sacro sabbatho dominicæ resurrectionis proxima

ximæ à regno Bohemorum expulit, & Bolizlauum, quem etsi amicum sibi confan-  
 guinitate, tamen pro hoste hætenus habuit, in persecutione fuga petere coëgit. Hic  
 quia Archiepiscopum cunctis laborantibus nimis fidelem esse sciebat, sperans eius  
 incolumitatem, ad impetrandam regis gratiam, intercessionem eius querebat: & cū  
 hunc iam defecisse videret, dextræ eius se committi, & per eam nobis, lacrymis po-  
 stulat profusis. Sed Archipræsul, cū iam finis adesset, nescio quid videns, ad leuam  
 signo sanctæ crucis potenter dextera se munit, & auersus corpore & vultu, contraxit  
 faciem quasi ploraturus, & mox remisit lætus. Hoc ego videns, ob trinitiam egressus  
 sum, & interim præsentem, eundem videntes iam semianimem, à lecto protinus e-  
 10 leuauerūt, ac tapeti superposuerunt. Accensis tunc luminaribus vocabar, & iam sto-  
 la induta in agone laborantē vidi. Cuius pectori crux sancta fuit superposita. In ma-  
 nibus cinerem, & subtus habebat cilicium: v. Eid Episcopus monstrabat: & cū sol  
 iam die mediante declinaret, cum incenso sibi adhibito 2. Idus Augusti transiit ani-  
 ma eius ad creatorem suum, vnde eraderelinguens quod non erat. Orantibus tunc  
 cū lacrymis præsentibus cunctis, ego infelix pro debito eosdem non adiuui, & quod  
 tunc mihi obuiaret in animo, non possum cuiquā proderere. Sed hoc tantum Christi  
 fideles mecum orate, vt dominus, cui nullum latet secretum, nec huic neq; mihi hoc  
 imputet. Post hæc solutis visceribus, & intra Ecclesiam atq; caminatam sepultis, cor-  
 pus præparatur, & sancto altari præsentatur. Ibi tū facta pro defunctis memoria, nos  
 20 ibi cœnauimus, & corpus eodem die vsque ad Coniri prosequimur. In via plangens  
 familia obuiauit. Crastino cū ad villam iuxta montem sancti Iohannis sitam venis-  
 semus, clerus omnis flens adfuit, & Iudæorum magna, & quorum erat pater, orpha-  
 norum multitudo conueniens, dolorem lamentando manifestat: & nos in Ecclesia  
 maiore cum funere intrantes, amici cum hæreditariis omnibus, eleuatis cum luctu  
 manibus, miserabiliter suscipiunt. Quis non tunc plangeret, cū talia videret? Con-  
 querimonia autem omnis hæc nouo non æquabatur damno. Omnes nos confratres  
 30 ad capitulum venientes tunc nepotem meum Theodoricum, excepto Bennone, e-  
 ligimus, idque caritate Archiepiscopi Tagmonis maximè facientes. Vespere autem  
 facto, Arnulphus venit Episcopus, quibuscunque valuit bonis ad hæc aspirans. Po-  
 stera die renouata electione, corpus Archipræsulis iungitur ad dexteram anteces-  
 soris sui in australi manica, & in vigilia assumptionis S. Mariæ. Quod Regina vt pri-  
 mò comperit, per Geronem pincernam suam regi, iam iuxta Metesem urbem cum  
 exercitu sedenti, indixit. Hic vehemēter illud admirans, & qualiter se res nobiscum  
 haberent, interrogans, eundem regnum, pro vt curaretur ab ea, celeriter remisit. E-  
 pitaphium autem Archiantistitis non lapide aliquo, sed memori corde inscribendū,  
 lector exaudi. Waltherdus quamuis interpretetur potestate durus, seuerus in aper-  
 40 to, mitissimus fuit in occulto. In timore continuo & amore iusto dominum agnouit  
 & proximum. Fragilitatem carnis fletus amaritudine crebri, & elemosynarum la-  
 gitate ineffabili, resoluit. Vtraque hac pollens virtute, regi acceptus, cunctisque pri-  
 matibus admodum extitit honorandus, quem senior suimet benedictione & solo no-  
 mine præcellebat: verus & compatiens, ac Ecclesiæ suimet fortis propugnator erat.  
 Sine omni iactantia conuicinis plurima impendit: Ille solus sibi suffecisse cunctis in-  
 notuit. Audiui eundem multum iurare, quod non ob ambitionem, sed laborantis Ec-  
 clesiæ, & penè deficientis, vtilitatem, hunc expeteret honorem. Ad hoc se dixit im-  
 meritū, & ibi duos esse confratres, quos libenter eligeret, si hoc vllō modo fieri pos-  
 se, speraret. Iustus & tenax propositi suimet vir iste fuit. Erat eiusdem pater Erp seni-  
 or, vita laudabili, carus cunctis suimet cōtemporalibus. Mater autem eius Amulred  
 nomine, quæ castitate pia & opere herili inter alias lucebat matronas. Hæc verò o-  
 50 mnia, quæcunque potuit bona, pro eiusdem memoria diligenter impedit. Prædicto  
 autem Waltherdo in somnis prius dictum est, quod Archiepiscopatum Magdebur-  
 gensis accipere, & ad modicum tempus ipsum possidere, deberet. Et in hoc anno,  
 quo hoc impleri debuit, cuidam matronæ venerabili mater sua iam defuncta per vi-  
 sum apparuit. Quæ cū ab ea salutaretur, & quomodo tunc valeret, interrogaretur,  
 respōdit, bene, & adiecit: Scis ne, inquires, quod Archiepiscopus noster Tagmo de  
 hoc seculo migrare, & Waltherdus sibi debet succedere: non vt hic sit aliquantulum

Waltherdi  
mors.

Geronem.

Theodoricus,  
Waltherdo  
successor de-  
stinatus.

Waltherdi  
laudes.

Parces Wal-  
therdi.

regnaturus, sed in ultimo examine inter iudicantes sessurus. Ab eodem in cælo est tabula ex argenteo, penè perfecto, & cum hæc ei completur, ab aspectu hominum is præmia accepturus aufertur. Ipse verò, ut soror sua mihi intimavit laica (alteram enim habuit sanctimoniam) id ipsum præsciens, vocavit eam ad se, dicens: Recordaris modò, qualiter mihi olim promissisti, si hæreditati meæ vnquam succederes, ut prædium, quod in Osulstidi habeo, pro animæ remedio meæ sancto Mauritio traderes? Cui hæc omnia profiteri, & digito, ut ipse petiit, confirmanti, flens respondit: Mihi non licet viuere: Tu autem fac ut dixisti: & pro certo scias, quòd de residuis nil abalienabo vobis consorioribus meis. Sciebat hæc omnia compleri debere, sed speravit in maiore tempore. xxviii annos præpositus erat, & hoc nomen & officium præcæ-  
 10  
 teris contemporalibus cunctis honorificè tenebat. Sarcophagum ingentem ad includenda sanctorum reliquias de argento fecit. Ecclesiam rotundam post incendium huius ciuitatis magnum dilapsam à fundamento erexit, & ibi canonicorum congregationem facere proposuit, & his de sua proprietate prædium voluit dare supra dictum. Non fuit is verbosus, sed conscientie secreto congruis temporibus manifestanda contegebat: hoc solum præ omnibus questus, quòd Ecclesias & clerum non benedixit. De pallio autem nil doluit. Ineffabilem librorum copiam & sacerdotalem apparatus, cum plurimis secularia respicientibus, contraxit. Quæ omnia in subitaneo eius sine multorum inutiles manus distraxerunt. Sedebat namque tantum viii. hebdomadas & ii. dies. Hoc torum ideo dixi, ut de eius celeri obitu nec palàm nec in  
 20  
 occulto vllus miretur, vel sua speciali culpa hæc euenisse arbitretur, quia multi ante eum plus quàm xxx. sedebant annos, qui nec hinc nec in futuro maioris meriti erant. Væ his, qui in hac peregrinatione diu viuunt, & id spacium malè operando perdunt: & bene illis, qui dies sibi concessos cum cauta sollicitudine in Christi seruitio ducunt. Malè operantes quique, pœnas sibi augent: è contra autem quibus abbreviatur vita præsens, si sunt culpabiles, citò admissa luunt. Boni autè omnes etsi corporaliter non æquè degant, vna tamen fidelitate eternitate gaudēt. Non ille solus tam paruo tempore sedit. Legimus Tertullianum à sancto Stephano Papa presbyterij dignitatem, & post quatuor dies ob amorem Christi, constantiamque fidei, martyrium à tyranno suscepisse, & in vtroque ordine is semper manet. Iste quidem peccata luit, & in breui  
 30  
 pro laboribus iustis brauium à domino recepit, & hoc multis illico manifestatum fuit. Hæc autem omnia enarrare perlongum est: qualiter verò de his mihi acciderit, domino teste, quia non mentior, explicabo. Fui in præsidio ad Misnam, & in natalitio die Apostolorum Simonis & Iudæ, post matutinam, apparuit mihi ille venerandus, & cum hunc mortuum bene cognoscerem, quomodo se res eius haberent, protinus interrogabam. Et ille, in pœnis, inquit, pro qualitate meriti fuerā, quas omnes profusus iam superabam: & ego mox admodum gauisus, licet mihi inquam campanas sonare, & populos ad laudem domini accendere. Et ille respondit, bene, quia verum est. Et tunc amplius in colloquendo progressus, Estne, dixi, hoc vobis notum, quòd multorum suffuratione mens regis alienata est à vobis, eò quòd post ordinationem ve-  
 40  
 stram contra eum multa operari studuissetis. Et ille: Credite mihi, obsecro, credite, ingeminans, quia in hoc culpabilis non sum. Cum autem percontari huc vellem, cur tam citò bierit, euigilaui, & hoc scire nō licuit mihi. Accepi post à veracibus, quòd is in omnium commemoratione sanctorum diuinis clementer presentari mereretur obtutibus. Omne quod de illo dixi, non de speciali aliqua sui met charitate protuli, quia verum est, quòd ante benedictionem suam mediocriter dilexit me, & ob defensionem sui met Ecclesie impendit multa meæ. Veritatis gratia, & opprobrij, ob mutationem subsequuturi, hæc locutus sum, minora quàm fuerint, quia post se meliorem nullum reliquit. Post huius sepulturam Ericus antistes ex nostra parte ad regem cum electione mittitur: cui mox epistolam de Ecclesie detrimēto meæ inscriptam, 50  
 & regis clementiam admonentem, commisi. Interim Bolizlauus de nece Archipræsulis certus, congregato exercitu, Libus suam, de qua prædixi, petiit, & quia sciebat ob effusionem Albis ex nostra parte nullum vrbis posse ad auxilium venire, castrametatus est ibi. Miles eius ad bellum hortatus accessit, & defensor ad modicum resistit. Magnam enim hanc vrbem nil nisi mille homines tuebantur, cui vix tum totidem  
 suppete-

*Iterum Waltheri dum commendat.*

*Breuis Waltheri dum Episcopatus.*

*Tertullianus.*

*Somnium Ditmari.*

*Ericus Episc.*

*Lebusia à Bolizlao obissa, capta & incensa.*

suppeterent. Bolizlaui ad prandium sedebat, & satellites suos iam victores urbem ingredi gaudens, cernebat. Porta aperitur, & multorum sanguis effunditur: capiuntur ex his optimi, Gúcelinus de Wisso, & eiusdem infelix custos Schich vulneratus. Is namque urbem quamcunque vnquam ad tuendum accepit, non ignauia sui sed infortunio miserabili semper amisit. Hi omnes ducti sunt in presentiam superbi triumphatoris: cuius edictu mox ad custodiendum abducti sunt. Ex focis autem prædicti Ducis non minus quam quingenti ibidem remanserunt. Facta verò hæc miserabilis cædes XIII. Calend. Septembris. Diuisa tunc immani præda, ac vrbe incensa, victrix turba cum seniore suo læta rediit. Ab internuntiis festinantibus hæc Regina, in Merseburg tunc manens, comperit. Ego autem præpositi dum hortatu Redingi duo altaria, vnum vbi Archiepiscopus requiescit, & aliud in septentrionali eiusdem templi parte XI. Calend. Septembr. dedicarem, indignus in Magdaburg primitus id rescui, & mox ad Reginam velociter abij. Omnes nos conprovinciales iuxta Mildã sedere, & ad aduētum regis hæc omnia prouidere ab ea iussi sumus. Interim Rex ab expeditione occidentali reuertitur, & Geronon suimet capellanum ponere Episcopum conatur. Huic Præsul Ericus occurrens, & legationem suam aperiens, non exauditur. Thiedricus nepos meus tunc ad Geronem vocatus venit, & à rege per manus suscipitur, & in vice Geronis deinceps habetur. In natali sancti Matthæi Apostoli rex ad<sup>a</sup> venit, & ego accedebam, & cum iam tempus esset, admonui hunc coram cunctis residentibus, vt aliquid de parochia mea cæterisque rebus iniuste ablati ante constitutionem Archipræsulis cum eo voluisset tractare. Ibi me tunc firmæ suimet fidei commisit, vt cum iustitia aut alio salubri consilio hæc finirentur. Postera die Rex ad Magdaburg veniens in refectorio fratrum omnes nos conuenire præcepit. Ibi tunc regali petitione, & salua in posterum electione, Gero communiter eligitur, & in Ecclesia se primitus altari tradens, & communionem fratrum decem mansis acquirēs, baculum à rege accepit pastorem, & mox inthronizatus ab Eido vnctus est Episcopo, nobis confratribus prædictis eum adiuuantibus. Thebæorum festiuitas martyrum à rege ibi celebrè ducitur, & post hæc ab Archiepiscopo magnificis muneribus idem cum suis omnibus honoratur. Inde hi ad Mersburg properantes, diu ibi manebant, & procurationem regni summis viribus tractabant. Erduuinus Camacensis Episcopus in hoc anno, ac Cunradus & Hermannus pueri Duces egregij, obierunt. Quidam verò Monach<sup>9</sup> infirmitate magna depressus multa per visum sibi reuelata vidit, quæ interim dum ipse ea secum loquitur, à præsentibus scriptis nota sunt, & pro maximo habentur miraculo. Nati sunt autem in his diebus duo fratres cum dentibus in ore similes aui, quorum alter dextri dimidiū brachij, sicut ala auis habebat, qui tertia die natiuitatis suæ inuicem ridentes ciuili dissensione moriuntur. Quidam verò miles cum bona sancti Clemētis vi tolleret, & inde rectum facere voluisset, in vna dierum à muribus intra cubiculum impugnatur ineffabilibus, qui primo fuste arrepto eos prohibere tentans, posteaque euaginato eos aggressus gladio, & sic nil proficiēs, a tea quadam, vt ipse rogauit, includitur, ac in medium fune suspenditur, & cum exterius hæc plaga sedaret, hic queliber solui debuisset, ab aliis vsque ad mortem corrosus inuenitur. Tunc cunctis præsentibus, & postea venientibus, manifestum fit, quòd hūc ira domini, vindex prædicti facinoris, sola cōsumpsit. Interea Iaremirus, de quo prædixi, regis gratiam suppliciter petens, pro misericordia & restitutione exilium ac custodiam Ethelbodi Præsulis, Ansfridi successoris Episcopi, suscepit, qui in immensa cæde Bauariorum, ad Bolizlauium sine regis ac sui licentia cum muneribus iter agentium, & trucidatione sibi commissorum, & non aliqua Regis in delitate talem promeruit vltionem. Nostri hoc audientes inimici irriserunt, nostri autem conciuēs id vt sibi profuturum timuerunt. Et his liceat in semetipsis hoc factum cognoscere, qui id consilium regi nostro vnquam dedere. Post hæc Othelricus frater eius, ad Merseburg à rege vocatus venit, & regnum, quod sibi iniuste prius vsurpauit, gratuito munere suscepit. Eadem tempestate inundantes pluuiæ ac resurgentes piratæ multum, prohdolor, nocuere. In illo tempore inundante Danubio in Bauariis, & stagnante Rheno, ita ineffabilis populi & pecoris, ædificiorum quoque & sylvarum tali impetu erutarum multitudo periit, quod omnis harum habitatores partium sua vel ante-

Fortuna aduersa.

Ericus Episc. Theodorici cum Gerone fortuna permutat.

Gero intercessione Casaris Waltherto surrogatus.

Conradi & Hermanni Ducum mors.

Monstrum.

Prologium.

Miles ob sacrilegium à muribus consumtus.

Iaremirus, custodia traditus.

Othelricus Iaromiri successor.

*Helmeftad.*

*Luidgardis  
mors.*

*Wirinbarius,  
Luidgardis  
maritus.*

*Lotharij Mar-  
chionis mors.*

*Wirinbarius  
Lotharij F.*

*Thiedricus  
Metensis exco-  
municatus.*

*Luitonis Ar-  
chiepif ad suos  
cohortatio.*

cessorum memoria id nunquam accidisse firmabant, hoc gementes, ex variis crimi-  
nibus suis tunc euenisse, ac post hæc aliquid magnum timentes sibi esse venturum.  
Equidem longè digressus redeam. Rex à Merseburg discedens, nauigio ad Harna-  
burg venit. Ibi cum Slatuis confluentibus plurima discutiens, pace verò ibi firmata,  
redit, & omnium festa sanctorum in Helmeftidi celebravit. Deindeque occidenta-  
les properat inuisere regiones. Interea domina Ludgerd, nimis infirmata, me, quia  
unicè dilexit, & vt supra memoravi, linea consanguinitatis mihi fuerat coniuncta, per  
internūcium vocavit. Sed cum post crepusculum ad Wolmeftidi, vbi illa iacuit, ve-  
nirem, caminatam ingressus, vidi eam nimis laborātem, & ob hoc à psalmis non de-  
ficientem. Inter quos hoc solū ore voluebat & mente, Me, inquit, suscepit dextera  
tua domine, ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam. Hæc nullum omnino  
ad me proferens verbum, cum à me interrogaretur, si sancto voluisset vngi oleo, re-  
spondit libenter, quia post hoc Christi voluntas citò perficitur in me. Vestimentis  
tunc parata nouis me vocavit, & perfectis omnibus ad vnctionem iustè pertinenti-  
bus, quàm pulchra es nūc, dixi ad eam: & illa video, inquit, iuuenem formosum ad dex-  
teram, oculis designans, meam. Post hæc digressus ob fatigationem itineris, diu dor-  
miui, & tunc expergiscens, audiui eam præ nimio dolore grauiter ingemiscentem,  
& propius accedens, cantauit psalterium vsque dum eam in extremis esse præsentem  
testarentur: & tunc completis, quæ ad hæc dicenda erant, cum ipsa sanctorum inui-  
tatione transit felix anima eius Idib. Nouembr. ad sponsi cœlestis thalamum. Huius  
obitū quidam laicus ciuis Parthenopolitanus, cum in infirmitate iaceret, prædicens,  
Est, inquit, domina Ludgerd de hoc seculo trāsitura, & verè beatus ille, qui eam me-  
retur incedere viam. Cum iam primò illucesceret, corpus ad Wallibizi nobis comi-  
tātibus defertur, & in proxima die iuxta monasterium in aquilonari parte, vbi Lui-  
therdus pater xxv l. annos quiescebat, deponitur, & à viri sui met Wirinbario in-  
effabiliter defletur. Fugrat enim hæc vita eius & animæ diligēs custodia, & in diuino  
maximè sudans famulatu, pro illo plus quàm pro se, ieiuniis, in frigore & oratione  
continua peractis, & eleemosynis, ab omnium huc vsque tuebatur insidiis hostium.  
Dico autem cunctis præsentibus atque futuris, quicquid boni in hoc seculo pro ali-  
cuius memoria à fidelibus exhibetur, si non licet ei prodesse, pro quo agitur, nunquā  
à domino ei irritatur, qui hoc facere studiosus conatur. In primo Henrici regnantis  
anno prædicta Luidgerd post mortem patris sui ad virū suum, à quo iniuste tam diu  
disiuncta fuerat, mense Ianuario rediit. Et post nuptias, Marchio Lutharius in occi-  
dente infirmatus, & potionem paulinam inebriatus, ex improviso obiit, octauo Calend.  
Febr. sepultus in Colonia, in eodem loco, vbi ipse prius rogauit, in australi parte tem-  
pli, qua in cœna Domini pœnitentes, introducuntur. Huius vidua, nomine Godila  
quodcūque boni potuit pro memoria eiusdem facere, non desistit. Filio sui met Wi-  
rinbario beneficium patris, & Marcam, cum ducentorum precio talentorum acqui-  
siuit, permanens in castitate l i i l. annos, & tunc consanguineo sui met Herimanno  
nupsit, nil curans impositum ab Arnulpho Præsule bannū, & quod dexteris Episco-  
porum, sibi hoc à domino interdicentium, fefellit trimum. Propter hæc est excommu-  
nicationis gladio ab Antistite prædicto iugulata, nullamque in procreāda prole spē  
deinceps adipiscitur. Sed ego delirans, idemque ab incepto paululum deuians, regis  
Henrici in clytam conuersionem aggrediar. Hic magnam Synodum ob damnatio-  
nem Thiedrici Metensis Episcopi posuit. Huic in eodem concilio ab omnibus Epi-  
scopis ibi conuenientibus interdictum, vt ante purgationem missam non caneret.  
Post hæc natale domini in Palithi festiuis peregit gaudiis, & ibi tunc Walkerus Tre-  
uerensis Ecclesiæ seruus, & capellæ sui met custos prouidus, ægrotauit, & nobis inde  
euntibus ibidem relinquitur, i i l. Idus Ianuarij, pro dolor, mortuus. Interim Lieui-  
zo, Bremēsis Archiepiscopus, longa infirmitate depressus, diem pius sollicitè præsto-  
labatur supremum, & in hac nocte, quæ vltimam præcesserat diem, consocios crebris  
iam defatigatos vigiliis, talib⁹ mucebat alloquiis: O dulcissimi fratres & filij, ne quis-  
quam vestrum de suprema diffidat clementia, & vt labor vester nunc paululum rele-  
uetur, de me exemplum vobis admodum credibile profero. Dominum Papam Be-  
nedictum in his partibus exul quæ fui, & ne ad hunc peruenirem, à multis iteratibus  
sa pe

sape tardatus, nullis eorum acquieui blanditiis. Huic, dum vixit, studiosus adhæsi, & post excessum eius Etheldago seniori meo serui vice famulabar. Hoc ipse considerans, pauperes suos fidei commisit meæ. Dehinc Camerarius eiusdem effectus sum, sed cum ille pius, quam semper optauit, cœlestem pergeret ad patriam, vestra electione communi, & munere regali, huic indignus succedebam. Omne quod inuicem peccauimus, amore Christi ex corde remittamus, vt cum bona pace nunc separati mereamur in die vltimo iterū sociari. Hoc in extremis meis et salubre vobis cōsiliū do, vt Oddonē, qui fraternitatis vestræ est particeps, cōmuni nostrorum cōsensu ad rectorē nostræ eligatis Ecclesiæ, & ad vtilitatē patriæ, diuinā supplicantes pietatē, in cuius manu cor regis, quatenus id sibi placitè perficiatur. Talia hortantē omnes exaudiuere, & sui beneuolentiam & procurationem vnanimiter laudāt. Crastino dominica dies illuxit, & ille beatus pater summo pastori gregem sibi subditum manibus eleuatis cum spiritu committens, 11. Non. Febr. defunctus pergit, quo viuēs tetendit. Fuerat enim vnus ex numero eorum, quos vt nubes & quasi colūbas Propheta miratur suas volare ad fenestras. Ille enim ob vigiliarū & ieiunij assiduitatem, dum adhuc valeret, quasi mortuus ignotis videbatur. Ad altare dominicum nunquam sine ablationibus accessit: assiduus populi monitor, & hilaris omnibus arrisit dator. Is erga dominum promeruit, quod inter continuas piratæ furentis incursiones sedes sua hætenus permanfit intacta. Interea Rex de Alstidi discedens, vbi Epiphaniam domini celebravit, & Bolizlaus nuncios, pacem poscentes, & confirmationem cum Misecone, eiusdem filio, fieri promittētēs, audiuit, ad Merseburg venit, & ibidē predicti antistitis obitum comperit, & hūc queritur ob præsentem fructum, gratulatur autem propter subsequenter interuentum, recordationem eius summopere faciēs. Post hæc transit à nobis, & purificationem sanctæ domini genitricis in Magdaburg celebravit, & in ipsa die predictus Oddo, clericis comitatibus ac laicis, supplex venit, & regis gratiam, sicut prius ad completionē electionis, per fidos intercessores postulat. Quos Rex nullatenus audit, sed capellano suo et Vnuano cum laude aduenientium, et si non spontanea, Episcopatum dedit, Oddonē per manus suscipiens, & promissa sibi pietate demulcens. Tunc iussu regis, & præsentia eiusdem, à Gerone Archipræsule cum consensu & auxilio Episcoporum Ekkihardi & Turgati Vnuam vngitur Archiantistes, & interpositis diebus paucis, Miseco, Bolizlauri filius, cum magnis veniens muneribus, regis efficitur, & fidem cum sacramento firmat. Dehinc cū honore magno remittitur, & vt iterum veniret, delectatur. In his diebus tempestas magna, post solis occasum, contigit, ac omnes nos admodum turbavit. Diruit namq; Ecclesiam extra urbem positam, quæ de rubro facta est ligno, regnate primo Oddone. Incendium quoque plurima Archipræsulis bona consumpsit. Insuper regias peruenit ad aures, quod nepos meus Wirinharius cum Ekkihardo, Hermanni Marchionis fratre, ad Bolizlaum sine licentia pergerent, ibidemque multa gratiæ suimet contraria loquerentur, eiusque nuntios hîc saepe in secreto haberent. Hoc omne Rex suscipiens, vtrosque in suam venire præsentiam iussit. Id cū facere non auderent, comprehensis omnibus suimet bonis, vt regiæ potestati resisterent, diffamantur. Tandem nepos meus gratiam & incolumitatem cum prædio suimet & auro comparavit. Alter verò longè post cum fideli interuentu restituitur. In proxima quadagesima Rex ad Werlu veniens, diu cholica passione ibi infirmatur, & multa per visionem sibi reuelata sunt. Ad vltimū lacrymis & oratione multorum cōualescens, quia in tam breui interuallo ad prædestinatum non valuit peruenire locum, Paschale festum cum Meinwerco, sibi admodū familiari, in Pathebrun digna veneratione peregit. Pentecosten autem nobiscum. In cuius vigilia Bolizlaus cum securitate obfidum apud se relictorum venit, & optimè suscipitur. In die sancto manibus applicatis miles efficitur, & post sacramenta, regi ad Ecclesiam ornato incedenti armiger habetur. In 11. feria regem magnis muneribus à se & à contectali sua oblatis placavit. Deindeque regia largitate his meliora, ac multo maiora cum beneficio diu desiderato suscepit, & obfides suos cum honore & lætitia remisit. Post hæc verò Russiam nostris ad hoc auxiliantibus petiit, & magna regionis illius parte vastata cū commotio inter suos & hospites Pezineigos fieret, eosdem quāuis suimet fautores iussit

Mors.

Boleslaus pacem petit.

Ottoni in Archiepiscopatu Bremens. prælatu Vnuanus.

Miseco Boleslai F.

Wirinharius Lotharii F. Eccardus.

Padehorn. Boleslaus Merseburgi Casaris cliens fit.

Boleslai expeditio in Russiam.

*Bronhagus  
Abb. Fuld.*

*Luneburga.*

*Casaris expe-  
ditio Italica.*

*Boleslai ma-  
litiosa astutia.*

*Mores.*

*Hardwigus,  
Rex Longo-  
bardorum.*

*Bruno mar-  
tyr.*

*Bruno pater.*

*Prussi, Ethni-  
ci.*

interfici omnes. In diebus illis Bronhag, Abbas Fuldensis, deponitur, & succedente sibi Poppone conuerso, & tunc Lareflemensi pastore, hoc monasterium confratribus latè discedentibus à priori statu mutatur. In ciuitate Bernhardi Ducis Luinberg dicta eodem anno aëris fit mira mutatio atque motio, & immensus terræ hiatus. Hoc stupet accola, & sæpius, nunquam vidisse, testatur. Rex autem ad occidentales pergens regiones, iter suum ad Longobardum disposuit, & iterum ad nos repedaui, & index i. Cal. Octobr. discedens, per Bauariorum fines atque Sueuorum, vsque ad locum qui dicitur \* properauit. Huc exercitus vndique confluit. Et hinc vsque ad Romanam Rex sine omni scrupulo, Regina comitante, venit. Ad supplementum huius itineris Bolizlaus, antea inuitatus, nil aspirauit, & in bene promissis more solito mendax apparuit. Insuper antea domino Papæ questus est per epistolæ portitorē, vt non liceret sibi propter latentes regis insidias promissum principi Apostolorum Petro persolvere censum. Tunc verò missis illò nunciis, tacitus rimatur, qualiter Rex in his partibus haberetur. Quoscumque potuit ab eius gratia per hos amouere conatus. Tantus fuit hic respectus domini, & sic piorum quæsiuit interuētum, ac ita elucebat militis inclyti firma fides, & de sacramētis terribilibus adeò curauit. Attende lector, quid inter tot flagitia is faciat. Cùm se multum peccasse aut ipse sentit, aut aliqua fidelis castigatione perpendit, canones coram se poni, qualiterque id debeat emendari, vt quærat, præcipit, ac secundum hæc scripta mox scelus peractum purgare contēdit. Maior tamen est ei consuetudo, periculosè delinquendi, quàm in salutaripœnitentia permanendi. Huius compar, & q: collega Hardwigus, à Longobardis falso Rex appellatus, aduentum magni regis, & potentiam exercitus, doluit, & quia suis viribus huic ad nocendum diffidit, in castelli munitionem se protinus recepit, hoc solum ingemiscens, quòd Rex ad maiorem tunc vocatus accessit honorem. Post longam animi exæstuantis deliberationem, legatos ad Regē misit, qui comitatum quēdam sibi dari peterēt, & coronam suimet cum filiis ei redditurum veraciter promitterent. Hoc cùm consilio quorundam acquiescens facere Rex nolisset, vt in sequentibus enucleabo, ad magnum suis familiaribus prouenire damnum id postea persensit. Sed prius quàm hæc aggrediar, quæ superius indiscussa obliuione præterij, præscriptio interponere cono. Fuit quidam Bruno nomine, contemporalis & conscho- lasticus meus, ex genere clarissimo editus, sed diuina miseratione, præ cæteris parentibus inter filios domini electus. Hic ab Ida venerabili matre sua vnice dilectus, magisterio Giddonis Philosophi traditur, & omne quod habere debuit, cum abundantia suggeritur. Huius pater erat Bruno, senior egregius, & per cuncta laudabilis, amicus mihi cōsanguinitate, & omnibus erat proximus familiaritate. Filius autem eius & æquiuocus cùm mane ad scholam ire debuisset, antequam ab hospitio exiret, veniam petiit, & ludentibus nobis, in oratione is fuit. Otio negotium præposuit, & sic fructificans, ad maturitatem peruenit. A tertio desideratur Ortone, & suscipitur, quē non longè post deserens, solitariam quæsiuit vitam. Is verò post mortem gloriosissimi Imperatoris, regnante tunc secundo, domini gratia, Henrico, ad Merseburg veniens, benedictionem cum licentia domini Papæ Episcopalem ab eo petiit, & eius iussione, ab Archiepiscopo Tagmone cōsecrationem, & quod ipse detulit huc pallium, ibidem suscepit. Dehinc oblucrum animæ, laborem subiit diuersæ ac grandis viæ, castigans corpus inedia & crucians vigilia. Multa à Bolizlao cæterisque diuitibus bona suscepit, quæ mox Ecclesiis ac familiaribus suis & pauperibus, nil sibi retinēdo diuisit. In duodecimo conuersionis, ac inclytæ conuersionis suæ anno, ad Prussiam pergens, steriles hos agros semine diuino studuit fœcundare: sed spinis pullulātibus, horrida non potuit facile mollire. Tunc in confinio prædictæ regionis & Russiæ cùm prædicaret, primò ab incolis prohibetur, & plus euangelizans capitur, deindeque amore Christi, qui Ecclesiæ caput est, xvi. Cal. Mart. mitis vt agnus decollatur cū suis xviii. Corpora tot martyrum insepulta iacuerunt, quoad Bolizlaus id comperiens, eadem mercatur, ac domui suæ futurum acquisiuit solatium. Facta sunt autem hæc in tempore serenissimi regis Henrici, quem Dominus omnipotens triumpho tanti Præsulis honorificauit, & vt multum spero, saluauit. Pater autem prædicti Antistitis longè post infirmatus, vt ipse mihi narrauit, præcepto filij monachicum suscepit habitum,

bitum, & XIII. Cal. Nouembr. in pace quieuit. Nec floccipendenda est Geronis satellitum Marchionis magna præsumptio, quam stupeat fidelis, & fugiat amore pietatis. Causa proferatur in medium, & tunc perpendatur factum, si sit laudabile, an bonis omnibus detestabile. Arnulphus antistes ad saltum Geronis à venerabili eiusdè loci Abbatissa Hatthauni ad festiuitatem Christi martyris Cyriaci ad cõuiuium inuitatus, venit, & in die sancto cum post missam de Ecclesia ambularet, vidit clericum accipitrem in manu sua tenentem, & zelo commotus hunc cum brachio suimet comprehendit, ac secum duxit, non vt puniretur, sed sic verbis mediocribus correperetur. Fama volans milites prædictos congregat, quorum primus, Hugo nomine, ad Episcopũ veniens, cur seniore suum sic inhonorare voluisset, interrogat. Et Antistes, quid feci, inquit: Vidi abominationem Christi, & quia in meo factam Episcopatu cernebam, sustinere non potui. Nil mali factum. Ponamus diem vobis complacitam, & vbi culpabilis à communibus inuenior amicis, digna emédatione restituo. Et ille persequitur, nec sic, inquit, esse debet, nec ita fieri valet. Hodie aut sacramentum vos excusate, aut seniori meo & nobis ad emendandum promittite. Ad hæc Præsul, sancta me, inquit, solennitas prohibet iurare, & vos illud suscipere, & multum miserabile mihi videtur, quod iustitia à vobis mihi solum denegatur. Post hæc ille iratus egreditur, & miles armatus, ignorantia Comitum glomeratur, & cum iam vellet Episcopus cœnare, videt omnes appropriare. Domus, in qua fuit, à suis firmiter obseratur, & ne hostibus facilis pateret ingressus, omni modo munitur. Sed cum eam iam impugnare voluissent, dictum his est veraciter, quòd sacerdos aliò declinans, ibidem non inueniretur. Tunc is in claustrum, & tandem in monasterio, quæritur, & domini gratia non vllò sui dedecore latens, & hæc omnia cernens, nullatenus inuenitur. Ad vltimum sedato furore, hi ad hospitium pergunt, & domos suas tristes reuifunt. Conuocatis postera luce militibus suis, Arnulphus ad propriam remeauit sedem, Abbatissamque nimis flentem solatur. Hoc totũ Rex comperiens, conspiratores sibi præcipit præsentari. Quem cum Marchio prædictus nimis iratum cernebat, per internuncios fideles eum placare nititur. Hoc Rex ea ratione audiuit, vt prius tercentorũ pondera talentorum Episcopali soluerent ditioni, & qui in hoc facto culpabiles esse deputarentur, aut sacramento suorum XI. amicorum expurgarent, aut secundum canonicam auctoritatem ei satis facerent. Facta tunc inter eosdè mutua pace, post Pascha ponuntur induciæ. Huc nostri eorundemque amici conueniunt, & ego cum illis affui, & vt pecunia datur prædicta, Episcopus in occidentale monasteriũ venit, sedens ibidem in folio summi gradus. Ibi tunc solus Marchio se iuramento admodum credibili expurgat: satellites autem sui more pœnitentium de manu prædicti antistitis singulariter suscipiunt ea ratione ieiunium, vt si quando admonerentur, onus subirent impositum. Illud etiam annexedum, qualiter Othelricus, Bohemiorum Dux, mammona iniquitatis interpretatus, Bosionem inelytum suimet militem, cæterosque cõplures interfici præceperit, eò quòd hos fratrem adiuuare exulem à falsis murmuratoribus audierit, & omnes cautè in his cladibus discerent, qualiter sibi in futurum præcauere debuissent. Quod dominus in vtroque testamento iubet obseruari firmiter, id in his regionibus compleri prohibet ab initio Ecclesia semper. Germanum enim, quem meritò præ his diligere debuit, verobatur, & ne vnquam ad se veniat, diligenter custodire conatur. Bohemi, regnante Suetopulco Duce, quondam fuere nostri. Huic à nostris parentibus quotannis soluitur census. Sine maximo timore in his nullus dominatur puinciis. Charitas pura gemit exclusa: quia regnat ibidè per iurium, cum fraude socia. Superius de vniuersali Papa, Brunone disputans, cum successorem eius Gerbertum tantum nominarem, vt de eo latius aliquid scribam, non incongruum est. Erat is natus de occiduis regionibus, à puero liberali arte nutritus, & ad vltimum Remensem vrbẽ ad regẽdum iustè promotus. Optimè callebat astrorum cursus discere, & contemporales suos variæ artis noticiã superare. Hiç tandem à finibus suis expulsus, Ottonem petiit Imperatorem, & cum eo diu cõuersatus, in Magdaburg Horologium fecit, illud rectè constituens, considerata per fistulam quadam stella, nautarum duce. Post hæc autem prædicto Papa defuncto, is gratia Imperatoris eidem successit, & vsque ad tempus Henrici regis sedebat, Syluester voca-

Hadui Abbatissa.

In Arnulphi Episc. tumulatus.

Othelricus Dux Bohem.

Suetopulco Dux Imperii veltigalis.

Gerbertus Papa Syluester II.

Horologium Magdaburgense Gerberti opus.



Sergius Papa  
ante bucca  
porci.

Benedictus  
VIII. Roma  
pulsus resti-  
tuitur.

Cesar Roma  
inauguratur,  
& aduocatus  
S. Petri fit.

Cesaris in E-  
piscopatum  
Mersburg.  
munificencia.

tus, in cuius vice Iohannes Phasan positus sedem Apostolicam dies sibi commissos regebat: sub quo Ecclesia Mersburgēsis renouatur, & priuilegij autoritate sui roboratur. Huic succedebant Sergius, qui vocabatur bucca porci, atque Benedictus, ambo præclari & consolidatores nostri. Ab omnibus sacerdotibus summis aduētus regis admodum desideratur, sed diuersorum reluctatione hostium diu tardatur. Benedictus sit in cunctis operibus suis omnipotens dominus, qui Romam longo tempore multis temporibus depressam tali pastore consolari, & pacificare dignatus est. Nāque Papa Benedictus Gregorio cuidam in electione præualuit. Ob hoc iste ad natiuitatem dominicam ad regem in Palithi venit cum omni paratu Apostolico, expulsiōnem suam omnibus lamētando innotescens. Huius crucem Rex in suam suscepit custodiam, & à cæteris abstinere præcepit, promittens sibi, cum ipse illuc veniret, hæc secū dum morem Romanum diligenter finiri. Aduenit optati temporis acceleratio, & Rex Henricus à Papa Benedicto, qui tunc præ cæteris antecessoribus suis maximè dominabatur, mense Februario in vrbe Romulea cum ineffabili honore suscipitur, & aduocatus S. Petri meruit fieri. Et quia de secunda eius ordinatione loquuturus sum, condebet eum me prius laudare, de cuius hoc venit gratuito munere, vt magister gētium nos hortatur Paulus. Domino patri præ omnibus & in omnibus, fratres, gratias agite; hæc est enim voluntas eius in Christo Iesu Domino nostro: iure laudandus à nobis, qui multum profuit nobis munere & gratia æterni regis. Henricus etenim Rex Ecclesiam adauxit nostram multis vtilitatibus, in primis diuino apparatu, & de omnibus curtis, quas in Turingia & Saxonia habuit, duas nobis tradidit familiaris. Euāgelium auro & tabula ornatum eburnea, & calicem aureum atque gemmatum cum patina & fistula, Item Cruces duas & capulas, ex argēto factas, & magnum calicem ex eodem metallo cum patina simul & fistula, dedit. Quicquid in prædiis ab intercessoribus meis neglectum erat, præcepto renouarat.

Quem laudant superi, vāceremur nos quoque serui  
Promentes dignas nostris ex cordibus odas.  
Est hic namque Deus trinus, in deitate sed vnus,  
Et sine quo nullus regnat Deus, ille benignus  
Atque bonum summum, depellens omne nocium.  
Largitur cælo, que profunt omnibus, alto.  
Verus mendaces confuderat hic modo testes,  
Henricum regem dicentes imperialem  
Curam non suscepturum, nec denique longo  
Tempore regnandum, sed sua morte premendum.  
Nunc sunt bissexeni, quod regno præfuit, anni,  
Scandens Casaream potest rector clarus in aulam,  
Illo mense neam quo soluerat iste cathedram.  
Ista dies pulchro signatur clara lapillo,  
Qua regi nostro se subdit Roma benigno,  
Atque liquore sacro perfusus gaudet, & almo  
Fert grates domino, qui se visitauit ab alto,  
Ac Cunigundam contactalem sibi charam.  
Summus pastor ouat, chorus atque suus quoque cantat  
Quod sunt securi, tanto rectore potiti.  
Mersburg & tu concinnes omnibus actū.

85

# CHRONICI DITMARI,

## EPISCOPI MERSEPVRGII,

### LIBER VII.

**D**ECURSIS à dominica incarnatione post millenarij plenitudinem numeri annis tredecim, & in subsequenti anni secundo mense, ac hebdomada tertia, anno autē regni eius tertio decimo, & die dominica, ac v. Cal. Martij, Henricus Deigratia Rex inclytus à senatoribus duodecim vallatus, quorum v. rasi barba, alij proluxa mysticè incedebant cum baculis, cum dilecta suimet coniuge Cunegunda ad Ecclesiam sancti Petri, Papa expectante, venit, & antequam introduceretur, ab eodem interrogatus, si fidelis vellet Romanæ patronus esse, & defensor, Ecclesie, sibi autem suisque successoribus per omnia fidelis, deuota professione respondit, & tunc ab eodem inunctionem & coronam contestali sua suscepit. Priorem autem coronam super altare Principis Apostolorum suspēdi præcepit. Eodem die Papa eis cenam ad Lateranum fecit copiosam. In octauo verò die inter Romanos & nostrates magna oritur commotio in ponte Tiberino, & vtrinque multi corruerūt, nocte eos ad vltimum dirimente. Huius rei auctores Germani tres exiterunt, Hug, Hecil, Ecilin, qui postea capti sunt, & in custodia detenti: ex quibus vnus in his partibus euasit, secundus autem ad Fuldam deductus est, in Vitkansteine\* autem castello tertius diu seruatur. Arnulphum fratrem suum, quem Rauennati antea præfecit Ecclesie Cæsar, denuò inthronizatum ab Apostolico ibidem consecrari præcepit. Supplantatorem autem Ethebertum eius iniuste ibi diu sedentem primò voluit degradare, sed assidua piorum deuictus intercessione, alteri præficitur Ecclesie nomine Aritia. In Rauenna duos & Romæ totidem synodali iudicio Papa deposuit, ab Archiepiscopo Leone iam muto consecratos. Dominicam resurrectionem Imperator in Papia ciuitate celebrans, instabilem Longobardorum mentem caritate cunctis exhibita firmavit. Dehinc sedatis tum multibus vniuersis, reuersus est ab Italia, & Harduigus ab hoc admodum gauisus, Vercellensem inuasit ciuitatem, Leone eiusdem Episcopo vix effugiente. Omnem quoque hanc ciuitatem comprehendens, iterum superbire cœpit: quem, vt in sequentibus expono, diuina maiestas nimis humiliatum se culpabilem cognoscere cœgit. In his partibus Cæsar Episcopatum, quod erat tertium deuoti operis sui ornamentum, in Bobia ciuitate, vbi Christicolæ sancti, & confessores inclyti, Columbanus & Attala corporaliter requiescūt, communi consilio & licētia comprouincialium Episcoporum construxit: quia summa necessitas, & quæ eam præcellit, Christi charitas, ad hoc instigauit. Hic cum maxima prosperitate & gloria Alpinas superat difficultates, ac nostræ regionis adiit serenitates, quia aëris & habitatorum qualitates nostris non concordant partibus. Multæ sunt, proh dolor, in Romania atq; in Longobardia insidiæ: cunctis huc aduenientibus exigua patet charitas: Omne quod ibi hospites exigunt, veniale est, & hoc cum dolo, multique toxico hic pereunt adhibito. Eodem anno, i. i. i. Calend. Martij, obiit Carolus Comes, Rigdagi Marchionis filius, qui omne suimet beneficium iniuste accusantium turgida inflatione, & nulla sua culpa prius perdidit, & illatum facinus æquanimitè portauit. Eodem die neptis mea Mathildis, quæ in Geronis saltu cum domina Hathui Abbatisa iure cōsanguinitatis diu nutriebatur, animam exhalauit, quæ quia sibi successuram venerabilis matrona semper optauit, insolabili mœrore mortuam fleuit, & hanc in proximo mense Iulio i. i. i. Non. eadem subsequitur. De cuius laudabili vita quædam breuiter percurro. Fuit hæc Regine Mathildis inclyta neptis, ac in xiii. ætatis suæ anno Geronis filio Marchionis Sigifrido nupsit, & cum eo tantum vii. annos coniuncta erat. Post cuius excessum ob domini amorem, & tristis solatium senioris, sacrum à Bernhardo Antistite velamentū, & mox consecrationem, vt prædixi, suscepit, sedens lv. annos: tam assidua in Christi seruitio, vt Anna, & tantę largitatis, vt Sareptana, in castitate & abstinentia similis Iudith: Ecclesiam sibi commissam diuersis decorans ornatibus. Huius obitum signa prænunciabant ista. Viuatium, quod in orientali parte vrbis positum est, vsque in me-

Cæsaris inau-  
guratio.

Arnolfus, Cæ-  
saris frater,  
Episc. Rauennas.

Longobardi  
fluxa fides.

Harduigus,  
Cæsaris amicus.

Itali fallaces.

Carolus Rig-  
dagi Marchi-  
onis F.

Hathui Abba-  
tissa Geronis-  
denfis.

*Boleslaus  
Principibus  
accusatus.  
Wirinarius  
rapit Rein-  
hildam.*

*Wilhelmus  
Comes, Wirin-  
harius famili-  
aris.*

*Henricus Dit-  
mari frater.*

*Wirinarius  
mors & se-  
pultura.*

diam diem apparuit sanguineum, & post viridi colore est variatū. Multis est visum, quòd meritis istius neptis mea secum palma virginitatis præcederet. Sepulta autem egregia Christi sponsa à Bernhardo, antiquæ ciuitatis Episcopo, non vbi petiit, sed vbi generis congregatio sua rogauit in medio Ecclesiæ coram sanctæ crucis altari, vbi postmodum per eius nobile meritum cuidam viro diu debili, & cū scabellis diu ambulanti, tribuit omnipotens Deus facilem gressum. Imperator autem transcens Alpiibus, cæterisque adiacentibus prouinciis regendo decursis, natale domini celebrauit in Palithi, & post hæc ad Merseburg veniens, Boizlauri fidem & auxilium suis innotuit fidelibus, & vt ab eis ad excusationem, aut indiçtæ rei emendationem is vocaretur, vnanimis poscit. Interim nepos meus Comes Wirinarius, instinctu malefua-<sup>10</sup> dæ iuuentutis, & dolosarum machinamēto mulierum, cum paucis ad urbem Bichlingi vocatam, dominica die venit, & dominam eiusdem Reinhildam, prius à se desideratam, fraudatis custodibus, rapuit inuitam. Nam que imperatori, vt nulli absque scientia & consilio suimet vnquam sociaretur marito, hæc antea firmiter promisit, & ob hoc cum clamore & eiulatu deducitur. Hoc audientes cum clientibus satellites, armati conueniunt, & ex his vnus Vullert nomine vulnere diro tardatur. Sed vna ex ancillis cū se pariter abduci rogaret, & iussu senioris sui hanc sumere Albinus nobilis voluisset, vallatur vndique, & nepotem meum iam tūc egressum reuocat in auxilium. Hic antequā ei succurreretur, pro dolor, oppetiit, & dominus eius adueniens intra clauditur, & ab vno feruorum sauciatur, quem protinus lancea perfossum mu-<sup>20</sup> ro infixit, & cæteros, vt sibi propius accedere non auderent, terruit: & cū suos longè eura matrona iam exisse, sibi autem nullum euadendi locum patere vidisset, relicto protinus equo, se dimisit à muro, & à lapide sequenti admodum depressus, tristes vix peruenit ad socios. A quibus vsque ad villici Cæsaris domum portatus, ibi cum paucis est admissus. Et dominam cum magna festinatione auexerunt, nunc hic nunc illic cum ea latitantes, & aduētum domini sollicitè præstolantes. Sed villicus iniquitatis hospitem infirmum Imperatori mox prodidit, & eius mentem fecit nimis hilarum. Sperauit enim eum in suam venientem potestatem in exemplum aliis periturum, aut pretio ineffabili ab hoc redempturū. Nox iam erat, & Bernhardus ac Guncelinus & Wilhelmus Comites cum suis militibus à Cæsare missi, vbi egrotus iacuit,<sup>30</sup> veniebant, & hos adfuisse, Wirinarius à suis præsciens, sibi familiarem Wilhelmum salutat, cæteris duobus indicens, si gladium eleuare potuisset, quòd nunquam in eorum potestatem incolumis venire voluisset. Wilhelmus verò eius vulnera ligans, & q̄ ad Merseburg, vt sibi iussum fuerat, venire nullo modo valuisset, intelligens, à suis eū fecit portari ad proximā villā, Elerstidi dictā, ibiq; in domo nouis lapidibus firmata, præcepit custodiri, ipse cū suis ad Imperatorē reuersus. Eodē die nos ad præsentia Cæsaris vocati, quali præsumptione suū nepos meus interruperit votū ab eodē flebili lamentatione percepimus. Namq; cū Bruno à Milone inimico eius in domo ppria, vbi omnibus pax habēda est, occideretur, idq; ab omnib<sup>9</sup> indigenis Imperatori lugubriter intimaretur, multū rogatus, vt suorum more antecessorum tam sceleratis homi-<sup>40</sup> nibus prædium cum incolatu prohiberet, idque sacramentis firmare ex sua parte iussisset, eleuatis manibus, omnipotenti Deo & cunctis præsentibus illud se, quā diu viueret, impleturum promisit. Et quia scimus, multo satius esse, bonum non vouere Deo, quā postea declinare, rogimus eum, cui hæc dedit promissa, sicubi ea humanitatis gratia, seu malo is fregerit hortatu, emendatione condigna respiscat. Post Imperatoriam lamentationem optimi quique dedere consilium, vt comprehensis omnib<sup>9</sup> suimet bonis, domina reuocaretur, & huius rei authores aut capti præsentarentur, aut fugiētes vsque ad mortem persecutionem paterentur. Ipse autem Comes superata infirmitate, si culpabilis efficeretur, capite priuaretur: si autem hæc omnia cum consensu matronæ acta fuissent, optimè vteretur sponsa. Frater meus Comes<sup>50</sup> Henricus hæc ad implenda illico mittitur, & vt ad Alstidi ad publicum venirent colloquium, iubetur. Illo tunc proficiscente, prædicti Comites aduenerunt, & Cæsari, quæ facta sunt, nuntiauerunt. Postera die, id est, in sancti festiuitate Martini, Wirinarius patienti animo aduersa quæque sustinens hæctenus, expirauit, nullum hostibus lucrum, suis autem inuincibile damnum relinquens. Ob hoc Rex tristatur, & Thic-

Thiedricus hostis eius lacrymatur. Hoc ego comperiens, Thiedrico nepoti meo ab-  
 eundi licentiam petij, & corpus amici per satellites meos de Miminleuo, vbi tunc Ab-  
 batia fuerat, & Reinholdus eiusdem prouisor egregius debita hoc procurauerat hu-  
 manitate, ad Helpithi, vbi hoc expectabam, reduxi. Sed eodē iam tunc nimis foeten-  
 te, exfolui protinus viscera iussi, iuxta Ecclesiam iubens sepeliri meam, & vsque ad  
 Wallibizi illud prosequer, ponens ad leuam dilectæ coniugis. Interim Cæsar in  
 Alstidi populis iura dabat, & vt præsentis affirmabant, meis hoc amicis denegaba-  
 Insula, quæ Porci dicitur, quia prius Comes Bernhardus prædictum voluit occidere *Insula Porci.*  
 Wirinharium, per iniustos iudices sibi eam Cæsar præcepit assignari. Hoc Wigman-  
 nus Comes prohibet, & esse iniustum affirmat: omnes populi mussant, & christum  
 domini peccare occultè clamant. Ibi tunc stella multis in medio apparuit die. Erin-  
 de exiens, natalem dominicū in Polithi coluit, & in IIII. feria ante Pascha ad Merf-  
 burg venit. In cœna domini Chrisma in eius præsentia indignus benedixi. In vigilia  
 autem sanctæ resurrectionis, quæ tunc fuit v. Idus Aprilis, Redbaldus, Abbas Wit-  
 dunensis, & Hethenicus, eiusdem cœnobij præpositus\*, In die sancto Archiepisco-  
 pus Gero missam cātavit, & interim Othelricus, Boiemorum Dux, aduenit, & dies  
 hos solennes duximus admodum hilares. Interea Herimannus Marchio Pascha du-  
 xit cum socero, & inde vix solutus ad Imperatorem cum nuncio eiusdem diu expe-  
 ctatus venit. Idem legatus, mentiri semper solitus, ad Cæsarem in occidentali parte  
 plus ad perturbandum, quàm, vt simulauerat, ad pacificandum ab instabili seniore suo  
 missus est. Quem cum consociis suimet Imperator suis familiaribus committens, ge-  
 neros suos gratiam eiusdem nudis pedibus quærentes misericorditer suscepit, & tunc  
 demum Sbigneuū, vt hæc cerneret, præsentari iussit, & publicè domino eius respon-  
 dit. Hic cum alia quàm Cæsar præceperat domi retulisset, cum præfato Comite, pa-  
 cem firmare cupiente, iussu Ducis in faulti remittitur, & in conspectu Imperatoris  
 & Principum eius, fallax & inuicem disturbans esse conuincitur. Tunc iterum se ad  
 excusandum, vel in obœdientiam ad emédandum, à Cæsare vocatus, in præsentiam  
 eius venire noluit, sed coram Principibus suis hæc fieri postulauit. Sed quātam ei be-  
 nignitatem Imperator prius ostenderit, lector attende. Præfatus Dux mille artium  
 scientia plenus, filium suimet Mifconem ad Othelricum, Boiemorum prouisorem  
 misit, vt memores mutæ consanguinitatis se inuicem pacificarent, & cunctis hosti-  
 bus suis, & maxime Cæsari, pariter resisterent. Ille verò hoc omne in detrimentum  
 sui esse compositum à veracibus accipiens, hunc comprehendit, ex consociis eius  
 optimos quosq; interficiens, ac cæteros vnà cum seniore capto Boiemiam reduxit,  
 ac in carcerem proiecit. Quod cum Imperator comperiret, Thiedricum nepotem  
 meum illuc misit, vt satellitem suum sibi redderet, & si de gratia suimet aliquid cura-  
 ret, hunc nullatenus proderet. Cui hoc fertur respōsum dedisse: senioris mei iussa in  
 omnibus sequi tam posse quàm velle mihi admodum necesse est. Eripuit me nupet  
 indignum omnipotēs Deus de ore leonis, eiusq; catulū in perniciem meam missam  
 mihi tradidit, & si hunc liberum abire permitto, certos hostes in patre & filio semper  
 habeo. Sin autē retineo, aliquem cum eo fructum me acquiraturum sperabo. Videat  
 dominus meus in his omnibus, quid sibi placeat, ac mihi aliquaten⁹ perficiat, & hoc  
 totum deuotus implebo. Sed cum Thiedricus cum hac legatione reuerteretur, alius  
 mox celeriter remittitur, qui eundem mitti rogaret, firmiterque ei præciperet, pro-  
 mittēs ex parte Cæsaris omnem eius excludi sollicitudinem, & bonam firmari pacē.  
 Tunc Othelricus nolens volēs captiuum reddidit, & Imperatorem multum placauit. *Cæsari dedi-  
 tus.*  
 Bolizlaus autem de ereptione filij supra modum gauisus, per internuncios suimet  
 condignas Cæsari gratias egit, postulās, vt eum sibi ad honorem, inimicis autem suis  
 ad dolorem, remitteret, & futuram vtriusque remunerationem ipse veraciter agno-  
 sceret. Quod Imperator tunc non posse fieri, respondit, sed cum ad Merseburg veni-  
 ret, & cum communi Principum consilio suorum voluntati suimet se tunc satisfa-  
 cturum promisit. Hoc Bolizlaus vt audiuit, non bene suscepit, qualiterque filium in  
 suam redigeret potestatem, semper tacita mente & crebra legatione reuoluit. Ad con-  
 dictum Cæsar vt venit locum, cunctos optimates, quid sibi de hac re esset faciūdum,  
 consuluit. E quibus Gero Archiepiscopus loquitur primus: cum tempus fuit, & cum

*Insula Porci.*

*Othelricus,  
 Dux Boiem.  
 Herimannus  
 Marchio  
 eius socer.*

*Generi Cæsa-  
 ris supplices.  
 Sbigneus legat-  
 us Boleslai.*

*Boleslai asp.  
 Othelricus.*

*Mifeco Boles-  
 lai captus.*

*Cæsaris Satel-  
 les.*

*Cæsari dedi-  
 tus.*

*Gero Archie-  
 piscopus.*

vestro honore id fieri potuit, me ista hortantem, non exaudistis: nunc à vobis est mēs Bolizlauri, ob longam filij retentionem & custodiam, auersa, & vereor, si hūc sine obfidibus, aut aliis confirmationibus remittitis, vt in posterum fideli seruitio amborum careatis. Talia loquentem maxima præsentiū turba consequitur, & pars corrupta, id cum honore magno fieri non posse ingeminat. Vicit pecunia consilium, & vt hoc Bolizlauri charius esset, in fidem suam cum omnibus, quæ habebat, Misecōnem recipi iubent. Et \* hęc à Cæsare suscipiens, reduxit, & promissa percepit, admonens eundem, & filium, vt memores Christi & fidei, nullum Cæsari incōmodum amplius inferrent, nec suos decipi paterentur amicos. Huic dulci hortatui fistulæ blandientis more ab his protinus responderetur, quod factis postmodum nullatenus completeretur. <sup>10</sup> Quamuis enim his aut fides parua sit, aut nulla, tamen hoc nobis imputant, quòd ex parte Cæsaris & nostrorum is tam serò remittitur, qui in numero militū habebatur. Hoc eis erat semper in animo, & propterea se in præsentiā Cæsaris nō venire affirmabant. Et verum est, quod vox Euangelica testatur, excusationem aliquam hunc quærere, qui ab amico familiari meditatur discedere. Hęc Imperator agnoscens à nobis discessit, & proximos rogationum dies in Capungū fuit, quo ipse curtem suam de ciuitate, Cassulan dicta, transtulit, & ibi cum consilio sui archipræsulis Heriberti prædictam Hethenrico curam commendauit, & tractatis ibidem rebus necessariis in vigilia pentecostes ad Immaleshusen venit, illic cum Antistite Meinwerco hanc sanctam festiuè ducens solennitatem. Illic Valcorbenis Abbas pius ab cura suspen- <sup>20</sup> sus deponitur, & vnus ex Larsemensi monasterio Druchtmer sine fratrum consensu prædictorum assignatur. Quo ad sedem suam in hac venienti hebdomada, omnis congregatio, exceptis viii. mens abiit, vt Luidolphus Abbas prædixit, & locū hunc penè vacuum non spōte reliquit. In his diebus festiuis, Ernestus, inclytus Alemanniæ Dux, pueri successor Hermanni, cum in sylua quadam illicite venaretur, ab vno militum suimet plus ignorantia quàm voluntate spōtanea, vt ceruam sagittare debuit, pro dolor, vulneratur. Hic quia mortem sibi imminere perspexit, socios vocat, & vt reo parcerent supplicat, & quia sic tunc presbyterum, cui sua cofiteretur peccata, non habuit, vnum ex militibus huius vice propius accedere iussit. Quem cum ad se perspiceret, omnes, inquit, accedite, & commortalis vestri peccatoris facta, aure <sup>30</sup> cordis percipite, & qualiter curentur vnanimiter succurrite, absentibusque cunctis fidelibus peccatricem meimet animam quæso commendate, & vxorem meā, vt honorem suum seruet, & mei non obliuiscatur, admonete. Hęc dicens, in quoscunque vnquam se aliquid deliquisse recordari potuit, cunctis præsentibus innotuit, & mox de luce hac 11. Cal. Iunij discessit, sepultus Wirceburg iuxta patrem suum Marchionem Luipoldum, vt ipse rogauit. Hic iuuenis, vt spero, felicem habet animam, cui sic ipse viuens testatus est. Plus placuit coram multis hęc erubescere, quàm coram omnipotēti Deo latere. De hoc exemplum, fratres in Christo, capite, & morbum interius latentem medico cœlesti aperite, & antidotum eius salubre nullatenus spernite, & quicumq; sit in sine nostro confessor, non moretur in gementi professione pec- <sup>40</sup> cator, vt ab eo in cœlis inueniatur propitius remissor. Ad suprā memoratam solennitatem, & ad prædictum locum, quidam rusticus de occiduis veniēs partibus nouam Imperatori legationem detulit, & hanc nulli nisi soli vnquam aperire voluit, portans adhuc stimulum hunc, quo tunc pectus arans minauit, cum hoc ei cœlitus per columbam iussum fuit. Et hic erat tantę longitudinis, vt omnes, qui eum viderāt, nimis admirarentur. Ipse verò rediens, cunctis interrogantibus indicat iussu Cæsaris, se ad Aquasgrani post expeditionem venturum, & responsum ab eo ibidem accepturum: & quia hęc admonitionem, & crebrò etiam innumerabilem, Imperator spreuit, vindi- <sup>50</sup> ctam sensit. In natiuitate sancti Iohannis Baptistæ, quæ tunc proxima erat, ad Gosleri Cæsar veniens, Ernesti ducatum nepti suæ & filio eius dedit, & inde ad Magdaburg proficiscens, interuentum Christi militis Mauritij ad exuperandam hostis Bolizlauri cōtumaciam suppliciter rogauit. Dehinc ad locum, qui Selancisuordi vocatur, cum exercitu glomerato perrexit, & magnū comprouincialibus, & Marchionum Geroni intulit damnum. viii. Idus Iulij fit nostra congregatio, & pro defensione debita habitatoribus his prædatio magna. Postquam nostri Albim transierunt, imperatrix

\* Desf legati  
nomen.  
Miseco dimif-  
sus.

Capungā.  
Cassellā.

Ernestus, A-  
lemanniæ  
Dux, in vena-  
tione occisus.

Absente sacer-  
dote confiteri  
licet alij.

Leopoldus,  
Marchio, Er-  
nesti pater.

Minare, pro  
ducere, vulga-  
ri. hinc Iga-  
loris lingua.

Goslaria.

Expeditio Cæ-  
saris in Bolef-  
laum.

imperatrix & ego cum illa ad Merseburg pergentes, Cæsaris aduentum in his partibus expectauimus. Nostri autem vt ad pagum Lusici dictum venerunt, à præsidio ex Ciani vrbe egresso tentantur: quod agnoscentes magnam ex eo multitudinem occidunt, & Henricum qui dicebatur superbus, & qui ex nostra regione ob homicidium illò fugit, captum in vinculis Cæsari præsentabant. Inde vsque ad Oderam Imperator profectus ad locum, qui Crofna dicitur, optimos ab exercitu ad Mifeconem ibiturum matim sedentem misit, vt eum de promissa sibi fide admonerent, & ne propter eum ab Imperatore sua perderet bona, cum deditioe sua præoccupare voluisset, vnanimiter rogarent. Quibus istalibus respondit: Agnosco me gratia Cæsaris ab inimici potestate ereptum, ac vobis fidem promississe, & eam libenter in omnibus adimplem, si liber existerem: Nunc autem, vt ipsi scitis, sum mei patris dominio subditus, & quia ille hoc prohibet, & sui milites hic modò præsentés talia fieri non patiuntur, inuitus omitto. Patriam quam queritis meam, si possum defendere vsque ad aduentum patris, volo, & tunc eum ad gratiam Cæsaris, & ad amorem vestrum, inclinare cupio. Hoc nostri audientes, egressi sunt, & hæc Imperatori responsa detulerunt. Interim Bernhardus Dux cum suis fautoribus, Episcopis & Comitibus & prophatorum turba Luiticorum ab aquilone Bolizlauum petiit, & hunc præsentem munita vndique secus Odera habuit. Cæsar autem in inuentione Christi protomartyris Oderam transmeans, reluctantes Poleniorum multitudinem admodum prostravit, & nemo ex nostris nisi Hodo inclytus iuuenis cum Ekkrico & alio Guncelini Comitissatellite cecidit. Hic cum Sigefrido, Hodonis filio Marchionis, ab Imperatore accusatus, eò quòd Bolizlauo nimis familiaris hæctenus fuisset, eodem die viriliter se expurgat, & à suis Hodo longè digressus, cum hostes solus fugientes insequeretur, sagitta per caput immissa primò oculum & post vitam perdidit istam. Sed cum Mifeco eiusdem corpus cognosceret, quia eius apud nos fuerat custos & sodalis, multum fleuit, & id bene procuratum ad exercitum misit. Eorum autem qui ex parte hosti oppetierunt, non minor erat numerus quam sexcenti, prædam relinquentes nostris ineffabilem. Hoc Bolizlauus vbi tunc mansit ab internuntiis festinantibus mox rescivit, & quamuis eò libenter pergere voluisset, tamen presentibus inimicis introitum patefcere ausus non est: quocumque nostri in nauibus declinabant, illuc ipse cum suis equo sequebatur alato. Ad vltimum verò erectis celeriter velis, nostri per annum vnum nauigabant diè, & inimicis eos tunc comitari non volentibus, littus optatum, securi comprehendunt, & proxima incendunt loca. Quod cum eminus Dux præfatus agnosceret, more solito fugit, & nostris fiduciam & locum nocendi inuitus concessit. Dux verò Bernardus cum suis Imperatori ad auxilium, sicut ei prius iussum est, venire cum nequiuisset, per pedites clam missos ei euentum rei & necessitatem inobediencie indicens, vastatis circumquaque iacentibus locis, domum rediit. Othelricus quoque, qui cum Bauariis ad Cæsarem venire debuit, ob multas consularum qualitates dimisit, & quauis hi Imperatorem non comitarentur, tamen fidele seruitium sua vicinitate ostendunt. Namque Othelricus quandam urbem magnam, Busine dictam, petiit, & in ea non minus quam mille viros absque mulieribus & liberis capiens, incendit eadem, & victor remeauit. Henricus autem orientaliū Marchio cum Bauariis, comperiens Bolizlaui milites iuxta se prædam fecisse, protinus insequitur, & ex his fortiter restentibus octingentos occidit, prædamque omnem resoluit. Sed antequam hæc omnia Cæsar comperiret, multum sollicitus, quamuis paruo vteretur exercitu, tamen potestatiuè quam diu voluit in his partibus fuit, & tunc reuersus ad pagum qui Diadesi dicitur, venit, in angusto, proh dolor, castrametatus loco, vbi nullus, excepto apum magistro, qui ibidem tunc interfectus est, sedit. Bolizlauus autem audiens Imperatorem alia, quam intrarat viam, hinc exiturum, iuxta Oderam omnimodis suamauit. Sed cum hunc iam abisse comperiret, magnam peditum multitudinem ad locum, vbi noster cõsedit exercitus, præmisit, præcipiens eis, si aliqua opportunitas sibi accidisset, huius saltem aliquam partem lædere tentaret. Insuper Abbatem suum, cum nomine, simulata pace ad Cæsarem misit, qui protinus ab eo explorator esse cognoscitur, & ibidem quousque omnis penè exercitus, factis in præcedenti nocte pontibus, paludem transcenderet præiacentem, detinetur. Tunc ille Monachus habitu,

Crofna.  
Mifeco, Boleslai F.

Bernhardus  
Dux Saxon.

Cæsar Oderam  
transmittit.

Mifeconis  
humanitas.

Bernhardus  
Dux bellum  
deserit.

Othelricus  
Dux.

Henricus,  
Marchio Austriae.

Fraudulenta  
Boleslai legatio.

fed dolosa vulpes in actu, & ob hoc amatus à domino, rediit, & Imperator Geroni Archiepiscopo, & Geroni inelyto Marchioni, ac Burckhardo Comiti Palatino, residuos committens, progreditur, & vt se solito cautius circumspiceret, hortatur. Post hæc ab hostibus propè in sylua latetibus magnus clamor ternis mugitibus attollitur, & mox nostrum agmen sagittariis intermixtim currētibus, ab his appetitur. Quibus primò conflictu secundoque fortiter resistunt, & ex eis multos palantes occidunt. Sed fugientibus quibusdam ex nostris, confortati hostes glomerantur, & nostros iterum incurrentes dissipant, & separatos sagittis fallentibus perdunt. Gero autem Archiepiscopus & Burckhardus Comes vulneratus vix euadentes, Cæsari hæc referrebant. Luidolfus autem iuuenis cum paucis capitur, & Gero ac Volcmarus Comites cum c. militibus optimis occisi, spoliati sunt, quorum nomina & animas Deus omnipotens misericorditer respiciat, & nos, quorum culpa hi tunc oppetere, sibi per Christum reconciliet, & ne quid tale vterius patiamur, clemēs custodiat. Imperator vt hoc triste nuncium audiuit, ad tollenda interfectorum corpora redire voluit: sed multorum tardatus consilio, id quasi inuitus omisit, & Eidum antistitē, qui eis licentia in fausti Ducis sepulturam impenderet, & Geronis corpus Marchionis imploreret, remisit. Venerabilis verò pater Cæsari volūtariē consentiens concito cursu reuertitur, & vt miserabilem aspexit stragem, flebiliter ingemuit, & suppliciter pro his orauit. Hunc cum victores & tunc in præda solum morantes, eminus viderunt, de consequentibus timidi, primò fugerunt, deindeque propius accedentem salutauerunt, & sine omni offensione eum abire permittunt. Hic à Bolizlauo, multum de perniciē nostra gaudenti, quod postulat impetrans, sine mora rediit, & corpora sociorū cum magno labore inimicis fauentibus sepeliuit. Funus autem prædicti Marchionis & socij eius Widredi vsque ad Misni fecit reduci. Hæc ibidem Hermannus Comes flebiliter suscipiens, & vsque ad nouam urbem, vbi Gero Coloniensis Archiepiscopus & Thiedmarus Marchio, frater eius, vitricus istius, pater autem interempti Comititis, in honore Dei genitricis & sancti martyris eius Cypriani, regnante secundo Ottone, Abbatiam construxerunt, cum fratribus suis Gunthero ac Ekkihardo committatur, quæ Gero Archiepiscopus tunc terræ commendans, dominam Athelheidam eiusq; filium Thiedmarū ac mœrētes amicos ac milites solatur. Interim Cæsar cum suis ad Strelam urbem peruenit, ac Misecōnem cum exercitu subsequi sciens, Hermannum Marchionem ad Misnēnsis defensionem ciuitatis properare iubet, ipse verò ad Merseburg recto tetendit itinere. Miseco autem à patre nefario instructus, vt primò nostros abisse diuisos nullamque post se custodiam esse relictam sensit, Id. Septembr. Albim, iuxta urbem prædictam, cum v. i. legionibus in ipsa transcendit aurora, quosdā circumquaq; iacentia vastare, alios verò urbē præcipiens impugnare. Quod iuuenes mei conspicientes, seque tueri posse desperantes, superpositæ ciuitati munitionem, relictis penè omnibus suis, ascendunt. Ob hoc hostes admodum gausi, suburbium intrant relictū, & hoc ablatis rebus inuentis incendunt, & superius castellum in duobus locis accensum infatigabiliter aggrediuntur. Hermannus verò Comes videns auxiliares suos admodum paucos iam defecisse, Christi pietatem, & eius inelyti martyris Donati intercessionem sanctam, prostratus postulans, mulieres ad succurrendum hortatur. Quæ propugnacula attingentes lapidibus viros adiuvant, ignem impositum, quia defecit aqua, medone extinguunt, & (domino gratias) inimici furorem & audaciam minuūt. Hoc totum Miseco de monte iuxta posito cernens, socios aduentantes expectat. Qui depopulantes, & vbi ignis inueniebatur omnia vsque ad Gana fluuium concremantes, serò lassiss reuertuntur equis, & ibi cum seniore suo cras ad urbem pugnaturi pernoctarent, ni Albim crescere viderēt. Propter hoc exercitus nimis defatigatus, cum securitate inopinata remeauit, & Ducis sui cor anxium hac prosperitate releuauit. Imperator autem hæc vt audiuit, quoscunque tunc colligere potuit, ad succurrendum suo Marchioni propere mituit, & suburbium non longè post redintegrare præcepit. Ad huius operis supplementum & custodiam Gero Archiepiscopus & Arnulphus Præsul v. i. Id. Octobr. cum Comitibus cæterisque compluribus conueniebāt. His omnibus ego longè inferior interfui. In xiiii. diebus incepta ad vnguem nos perducentes abiimus, committentes urbem

Cæsarianorū  
clades.

Geronis Mar  
chionis caedes.

Eid Episco  
pus Mysn.

Thietmarus  
Geronis pa  
ter.

Hermannus,  
Guntherus,  
Eccardus, fra  
tres Marchio  
nes.

Adelheidis,  
Ditmarus,  
Geronis F.  
Misecōnis in  
Mysniam ir  
ruptio.

Mysna obessa  
& oppugna  
ta.

Hermannus  
Marchio.

Gana fluuius.  
Albis inunda  
tio & Miseco  
nis Abcessus.

Suburbium  
Mysnae instau  
ratum.

urbem Friderico Comiti ad IIII. hebdomadas. Gero Archiantistes Magdaburgensis, & ego eiusdem comes, ad locum, qui Mucherini dicitur, veniebamus. Ibi tunc ego de promissis dulcibus eum admonens, percepi ab eodem cum baculo eius, quem hodie teneo, parochiam super has IIII. vrbes, Scudici, Cötili, Bichini & Wurzin v III. Calend. Nouembr. præsentibus his testibus: Heribaldo, Hepone, Ibone, Christino, atq; Seberto. Eodem die ad urbem Curbizi dictam venimus, vbi conuenientibus Archiantistitis militibus manifestavi, quã misericorditer erga me senior suu egerit. Ibi que de infirmitate venerabilis Fritherunæ comperimus, ad cuius hospitium tunc nos fuimus, quæ, proh dolor, in sequenti die, id est, v I I. Calend. Nouembr. hominem exiit interiorem. Inde Archiepiscopus ad Magdaburg profectus, omnium festiuitatem sanctorum celebrauit, & ego in Wallibizi. Interim Imperator occidentales inuisens regiones, quæ ibi tunc erant emendanda, correxit. Post hæc autem Eid Antistes egregius à Polonia saltem cum munerib<sup>9</sup> magnis reuertus ægrotare cœpit. Et in vrbe Libzi vocata fidelem Christo animam x I I. Calend. Ian. reddit, & Hillibardus, Cicensis Episcopus, ad huius procuracionem vocatus, mox adfuit, & domũ, qua vir sanctus obierat, optimis redolere odoribus introiens agnouit. Et corpus eiusdem vsque ad Mysni profequitur. Sepeliuit illud coram altari, auxilio Comitis Wilhelmii, qui ordine suo eadem tunc custodiuit ciuitatem. Sed quia superius promissi, me de eius vita in sequentibus dicturum, de magnis pauca loquar. Erat vir prædictus nobilis genere, diues in prædiis, sed paupertate spiritus hæc nihili ducens. Ante benedictionem in Magdeburg cum ceteris confratribus regulariter ac multum laudabiliter viuens, & post in diuinis gregibus lucrands altius insurgens, pro possibilitate sua apostolicam imitatus est vitam. Nulla vnquam vitur camisia, neque braca, nisi tunc, cum missam cãtauit, quam idcirco sæpius dimisit, quia qualiter is vnquam sustineret multi admirabantur. Crebrò à suis penè desperatus in stuba vix recreabatur, corpus suum nimis afflixit ieiuniis, plus nudis pedibus quam equo laborans. Cùm sibi & sociis latè vagãtib<sup>9</sup> victum defecisse, vel aliquid arduum occurrere videret, domino gratias egit, & omnes hoc dicere iussit. In baptizãdo & prædicatione continua, & confirmatione, non modò suæ utilis erat Ecclesiæ, sed aliis quam plurimis. De his, quibus ipse cum suis viuere debebat rebus, sibi subtractis, penè ducetos Ecclesiæ suimet acquisiuit māsos. Chrisma & clerum rarò, templa autè Domini libenter consecrauit, & crebrò sine missa. Oculi eius ob assiduam fletus nimij effusionem iam caligabant. Nobis contemporalibus suis ob crimen nostrum eius cõuersatio displicuit, & ei nostra: xx III. annos & amplius labore ineffabili viuens, finem suum antè prædixit, & vt nunquam ad Mysni poneretur, multũ rogauit. Id namque semper in mente ob timorem futurę desolationis desiderauit, vt ad locũ, Colditz dictum, vbi Christi magnus martyr corporaliter requiescit, & ipse mereretur tumulari. Sed Comes Hermannus, sperans precibus eiusdem locum sibi à Domino paratum adiunari, vt præfatus sum, ibidem fecit eum deponi. In vigilia natalis domini Meingaudus Treuericæ ciuitatis Archiepiscopus obiit in vrbe sua Cophelenci dicta, sedens v I I. annos & VII. menses, indeq; corpus suum ad sedem propriam delatũ honorificè ad antecessores suos locatur. Imperator hæc audiens, de tantorum detrimẽto patrum turbabatur, qualiterque loca bene suppleret vacua, cum familiaribus suis tractauit, & natalem dominicum in Pathebrun festiuis peregit gaudiis. Et post hunc Popponem, Liupoldi Marchionis filium, & tunc Pabenbergensis Ecclesiæ Præpositum, Treuerensi præfecerat vrbi: & cùm is ab Erkinbaldo, Moguntiacensi Archiepiscopo, iussu Cesaris, & licentia Verdunensis Episcopi, qui primus horum in ordine fuit confratrum, consecrari debuisset, à Thiederico Metensi antistite, eò quòd à se iustius hæc ordinatio fieri deberet, assidua acclamatione, & humili petitione id in cassum prolatabatur. Nam Imperator hunc scripta demonstrantem, & banno id interdicientem, non exaudiuit, sed vnctionem compleri præcepit. In diebus his vice Eidi Præsulis Eiluardus, Thietmari Marchionis Capellanus, hortatu Hermanni confratris, à Cesare cõstituitur, & in dominica die ante palmas in Merseburg à Gerone Archiepiscopo nobis fauentibus benedicitur. Proximam palmarum iucunditatem Imperator cum Hærico, venerabili Wirciburgensi Ecclesiæ Episcopo, complens, quarta feria

Fridericus Comes.

Paracia Dittmaro concessa à Gerone Magdeb.

Eidi Episcopi Mys. mors.

Lipssa. Hillebardus Cicensis, Eidi successor. Wilhelmus Comes.

Eidi Episc. natalis, vita, mors.

Eidus Episcopus Prædicator.

Colditz, Hermannus Marchio. Meingaudus Archiepisc. Treuer. Confluentia.

Padeborna. Poppo, Leopoldi Marchionis & Meingaudi successor.

Eiluardus, Eidi successor.



*Rudolfus, rex Burgundionum.* ad Bauenberg venit, ibique cœnam domini & passionem cum Paschali tripudio honorabiliter peregit. Et quia Rudolphus, Burgundionum Rex, auunculus eius, sicut vocatus erat, huc venire non potuit, nepotem sibi dilectum obuiam sibi pergere rogauit. Fit eorundem conuentio in vrbe Argentina, & mutua charitatis inuicem largita benignitas consociis arrisit vtrisque. Fuit quoque ibidem Rudolphi regis incluta coniunx, quæ familiaritatis huius adiutrix, filios suimet duos, senioris autem sui prignos, Cæsari commendauit: & dilectis sibi militibus, hoc totum dedit in beneficium, quod sibi ab auunculo suimet tum cōcessum, & quod Wilhelmus Pictaviensis hætenus habuit regio munere præstitū. Imperator sapiente vsus consilio, hoc voluit cum his id sibi firmiter subdere, quod longè prius Rex prædictus ei sacramentis post mortem suam sancierat. Omnem namque Burgundiæ regionis primatum per manus ab auunculo suimet accepit, & de maximis rebus sine eius consilio non fiendis securitatem firmavit. Episcopatum in hac regione cuidam nobili viro dedit, de quo postea vix securus euasit. Namq; Wilhelmus præpotens vir in his partibus, vt hoc omne comperit, eundem persequi, & ad vltimum fugientem solum canibus præcepit inquiri: quos cum Antistes iam defatigatus latrantes audiret, quod vnicum tunc habuit solatium, signo sanctæ crucis sua post se signas vestigia, quasi mortuus iacuit, & ad prædam paratus fuit: & ecce canes rabidi, loca eminus olfacientes signata, vt grandi turbine retracti, reuersi sunt, & sic verus domini famulus per incognita nemoris loca ad amicos perrexit fines. Cæsar autem regi & contectali eius cunctisque summet Principibus ineffabilem pecuniam dedit, & firmata iterum antiqua traditione eos abire permisit, ipse exercitu congregato ad Basulam urbem profectus. Sed cum ibi Wilhelmum munitis urbibus resistentem, & introitum sibi prohibere cupientem audiret, paruè multitudini diffusus, amicam manum vndique secus colligit, & prouincias sibi rebellare præsumentes incendio latè flagranti securus desolauit. Cumq; se nullam urbem earundem expugnare pro certo sciret, reuersus est tristis, quod nec hic nec in parte orientali nocituram hostibus suis intulit molestiam. Interim imperatrix in nostris commorata prouinciis defensionem patriæ cū nostris Principibus meditatatur. Hostis autem noster Bolizlaus inter hæc nil nostra læsit, sed suamunit, & certus de euentu Cæsaris effectus, lætatur, & nimis extollitur. Namq; multi, quibus hoc cognitum erat, veraciter asseriebant, si Cæsar ad eum tunc turmatim veniret, timore quod eundem de nostris respiceret, restituere, & eum ad seruitutem suam, pace tantum concessa, promptum & fidelem habere potuisset. Sed Burgundionum Rex, mollis & effeminatus, bona quæ nepoti suimet promisit, impedire eorū instinctu voluit, quibus relaxato iustitiæ freno, velut infelici vitulo per latum liberos currere placuit. Cum verò iterum ceptis persistere studuit, eorum cōstione & pessima reluctatione non potuit. Nullus enim, vt audio, qui sic præsit in regno: Nomen tantum & coronam habet, & Episcopatus his dat, qui à Principibus his eliguntur: ad suam verò vtilitatem pauca tenens, & impensis Antistitum viuit, & hos vel alios in aliquo extrinsecus laborantes eripere nequit. Vnde hi manibus complicatis cunctis primatibus velut regi suo seruiunt, & sic pace fruuntur. Ob hoc solum talis rector inuenter eos dominatur, vt eo liberius malignorum furor inuicem vageret, & ne lex noua alterius regis ibi adueniat, quæ inolitam cōsuetudinem rumpat. Wilhelmus Comes, de quo prædixi, miles est regis in nomine, & dominus terre, & in his partibus nullus vocatur Comes, nisi is, qui Ducis honorē possidet, & ne illius potestas in hac regione paulò minus minueretur, consilio & actu Imperatoris maiestati, sicut prædixi, reluctatur. In præcedenti ætate Bernhardus, sanctæ Ferdensis Ecclesiæ pius pater & Antistes, cum se ad occasionem huius vitæ vidisset inclinare, cunctos debitorum suos ad se dulciter vocans, in dominum & in Ecclesiam sibi commissam humanitatem deliquisse admonuit, & confitentibus cunctis misericorditer indulgit. Omnes autem filij sic faciatis: non cōcupisco vos ex mea vel successoris mei parte vllatenus decipi, sed nunc vos volo à talibus exsolui, & pace sincera à vobis segregari. Is Ecclesiam suimet ccc. mansis iuste acquisitis adauxit, Imperatorem suum & omnes Christo fideles ex corde dilexit, & maximè sibi subditos summi pastoris exemplo amaui. Sedebat ille vir vene-

*Congressus Cæsaris cum Burgundo Argentina.*

*Wilhelmus Burgundus fugientem Episcopum canibus indagat.*

*Basilea.*

*Boleslaus.*

*Burgundus rex effeminatus.*

*Burgundici regni tenuitas.*

*Comitæ Burgundiæ potentia.*

*Bernhardus Episcopus Ferdensis.*

vir venerabilis xxiiii. annos, & turrim vnam ex lapidibus, qui in hac terra pauci habentur, iuxta Ferdensem Ecclesiam fabricare incepit, & exim subtractus est à nostris aspectibus Lucifer ille viii. Cal. August. Quod cum Imperator comperiret, vt filius absentiam patris, sic fleuit mortem tanti senioris. In cuius vice Vidzierung, Coloniensis Ecclesie quondam præpositum, & tunc ab Heriberto Archipræsule depositum, Cal. Septembr. diu renitentem posuit, & ab Erkanbaldo Archiantistite consecratum ad sedem propriam cum honore magno remisit. Notandum quoque, & non absque singultu proferendum, quod monasterium in Mimmileue constitutum à libertate diu corroborata in seruitutem redactum est. Deposito namq; eiusdem cœnobij Abbate Reinildo, dispersisque latè confratribus his, Heresfeldensi Ecclesie, eiusque tunc prouisorio Arnolde, illud subditum est. In quadam prouincia Sueviae regionis, & in comitatu Becelini Comitum, accidit res vna mirabilis, & admodum terribilis. Vna mulier maritata, subitanæ mortis nexibus depresso, obiit. Huius corpus post lauationem & debitam procurationem ad Ecclesiam à mœrentibus sociis delatum est. Hæc à feretro se ex improviso erigens, ac præsentem cunctos fugans, euocat ad se virum suimet cum familiaribus cæteris, ac his specialiter munus singulare ascripsit, verbis consolata dulcibus. Ac post hæc in pace quieuit. Mirum est, quod dico, sed mirabilis domini hæc solum opera cognosco. Et ne quis hæc vera esse diffidat, testimonium his haud vituperabile profero. Prædictus Comes hoc Imperatori pro vero retulit, & ille mihi coram multis confratribus id intimauit. Sæpe contigit, quod in imagine mortuorum callidus homini apparet inimicus, hunc modis tentans deludere variis, & stulti quique sic esse autumant. Ego autem veraciter innotesco cunctis fidelibus, quod post commendationem animæ, ac debitum sepeliendi officium, more Christiano diligenter completum, corpus illud exanime nunquam ante vniuersæ carnis resurrectionem, absq; omni ambiguitate complendam, surgit, nisi meritis iustorum ad tempus fiat, quod tunc solum accidit, cum mundus instar eorum inclyta conuersatione floruit. Puto prædictam mulierem multum valuisse, cui post mortem gustatam iustum complere desiderium, & tunc sine gemitu denuo licuit somno pacis obdormire. Beatus ille, qui opus bonum acceleratione continua perficit, nec moras prælongatione diutina suspendit. Contra autem ille miserorum loco assignatur, qui aut iusta prorsus spernere, aut hæc vt non possint complere, differre conatur. In vtrisque ego sæpe culpabilis duas tantum res nunc profero, in quibus memetipsum grauiter accuso. Post decretum in Throtmunni peractum, Richarius Magdeburgensis Ecclesie Presbyter, & spiritualis frater meus, infirmatur, & ego, quia non eram ibi, eundem non visitavi. Cum autem pridie quam ille vir iustus obierit, venirem, ad eum non accessi, sed in posterum distuli diem, & tunc, sine mea caritate mortuus est. Corpus eiusdem ad Ecclesiam delatum de confratribus nostris, & quia vigilias sustinere non potui, à vicario meo custoditum est. Hic non longè post sepulturam eius in somnis apparuit mihi, quare, dixit, non visitastis me, & psalterium non cantastis, neque memorastis in Throtmanni inuentam fecistis? Qui cum excusationem meam audiret, respondit, malè hæc dereliquistis. Et tunc interrogabam eum, quomodo valeret? & ille, vt in sabbato, inquit, obdormiui, in alia ad requiem dulcis gaudia transiui. Cumque ego sciscitarem ab eo, qualiter se patris mei atque matris res haberet, bene retulit, sic prosequutus: Genitrix tua per me tibi indixit, te in i. & aut i. feria eam assecuturum, & hoc ingemiscendo euigilauit, pro certo sciens, communem iustorum institutionem sanctam esse ac salubrem, si custoditur: sin autem, grande periculum. Etsi in hoc nullum accuso præter me, vereor tamen maximam multitudinem, huius pacti alteriusque esse præuaricatricem, & quanto plus spernimus mandata præpositorum, tanto culpabiles sumus in examine eorum. Insuper in altero deliqui crimine, quod me vnquam fecisse, pœnitet ex corde. Redingus, Parthenopolitanæ congregationis præpositus, in quadragesima, quæ finem suum præcesserat, me huc venientem caritative suscipiens, loqui secum in secreto postulat, & obortis mox lacrymis, sic exortus est: Subitanea me deprimi morte multum timeo, & præcedentes causas vobis aperio. In Arnaburgensi ciuitate semel, & in ista bis sic mihi ex improviso accidit, vt nec videre vel aliquid potuissem audire, exuperans hoc celeri auxilio Christi. Ex hoc tempore ni-

Vidzierung  
Bernhardi  
Verdensis  
successor.

Becelinus  
Comes  
Sueuus.

Anima non  
redunt aut  
apparent.

Monastica  
somnia.

mis sollicitus fui, & confratribus meis ad hoc, ut spero, idoneis vulnus iniquitatis meae  
 retexi: & quia vos mihi fidelem semper agnoui, ad testimonium meae confessionis  
 supplex voco: quia me non diu victurum existimabo. Hanc petitionem deuotus susce-  
 pi, ac me in omnibus eidem satisfacere promisi. Post haec idem me de talibus admo-  
 nuit: Et quia tunc tempus congruum non fuit laudabilis desiderij, satietate a me non  
 percepit. Quamuis alicuius conuersi plagam ob infatigabilem conscientiae meimet  
 peccatricis faetorem libenter non inspiciam, & curare desperem, tamen huius con-  
 fratris onus libenter subirem, si opportunitatem aliquam nobis ad haec responderem  
 vidissem. In proxima paratice Rotmannus Presbyter, & Archiepiscopi praepositus  
 Geronis, improvisa necis impetu nocte deprimitur, & in lecto mortuus inuenitur. 10  
 Hoc admirabile & nimis terribile cunctis audientibus videbatur. Sed domino grati-  
 as pridie elemosynam largiter, & confessionem suam communiter, & non sine fletu  
 magno fecit. In sabbatho sancto huc veni, & sanctam hanc solennitatem cum Archi-  
 praefule meo celebriter peregi. Ibi tunc Rodingus prudens homo, ac per omnia cau-  
 tus, fratri suo, & dilectae sorori, suam diuidens substantiam, habete haec, inquit vobis, ut  
 cum me cito corporaliter perdatis, in hac charitate vobis me fidelem fuisse agnosca-  
 tis. In natiuitate vero sancti Iohannis Baptistae cum fratre meo Abbate Sigefrido fui,  
 & ibi praeposito saepe memorato vltima salutatione valedicens, nil me ad accipien-  
 dam reconciliationem sibi, proh dolor, exhibui, nec hunc me amplius expetere sen-  
 si, & tunc cum eundem, sicut praedixi, post mortuum comperirem, tunc sero hoc in- 20  
 genui, ad quod prius respicere neglexi. Praefuit autem confratribus suis tres annos  
 & v. hebdomadas, vir pius & sapiens, ac nimium fidelis, sepultus in porticu australi  
 iuxta monasterium. Huic in sequenti successerat anno Giddo venerabilis pater, quon-  
 dam scholae magister, sed tunc Ecclesiae custos in festiuitate Apostolorum Petri & Pau-  
 li, in quorum vigilia pius obiit Esico inclusus, qui multa ob Christi amorem mutaue-  
 rat loca. Zelus dominicae domus, quae est in Christo mater nostra spiritualis, et si ra-  
 ro, tamen interdum comedit me. Ideoque quemadmodum sum locutus, me propo-  
 sito intermiscere operi compellit. Audiui saepe numero Anglos ab Angelica facie, id  
 est pulchra, siue quod in angulo istius terrae siti sunt, dictos, ineffabilem miseriam a  
 Sueino Haraldi filio, immitti Danorum rege, perpeffos esse, & ad id coactos, ut qui 30  
 prius tributarij erant Principis Apostolorum Petri, ac sancti patris eorum Gregorij  
 spirituales filij, immundis canibus impositum sibi censum quotannis soluerent, & ma-  
 ximam regni sui met partem, capto ac interempto habitatore, tunc hosti fiducialiter  
 inhabitanda inuiti relinquerent. Consentiente hoc domino, & ob castigandas quo-  
 rundam sui met fidelium culpas, hostes praedictos ad hoc instigante, tantum in seuit  
 persequutor, qui nec suis parcere vquam didicit. Ille, inquam, supra memoratus non  
 rector sed destructor, post mortem patris sui a Normannis insurgentibus captus, cum  
 a populo sibi tunc subdito cum ingenti precio solueretur, quia ab occulta pessimorum  
 susurratione se ob hoc seruum nominari comperiret, quod salubriter in paucis vlcisci  
 potuit, hoc impatiens communi damno, & si voluisset scire, sibi maxime nocenti, me- 40  
 ditatur vindicare. Potestatem namque suam hostibus extraneis tunc relinquens, se-  
 curitatem vagatione, pacem bello, regnum exilio, Dominum caeli & terrae Diabolo  
 mutauit, & habitata quoque vastando, sic se suorum non emptitium neque volentem  
 dominum, sed spontaneum, crebro se iactauit inimicum latere, proh dolor, regnarem.  
 Ille autem cum grandi labore sui & contemporalium inter pios impius diu conuer-  
 satus, respectu diuino mors multorum, morte tarda deprimitur, & fugientibus mox  
 sociis ibidem sepelitur. Quod cum Adelrad, Rex Anglorum, multo tempore ab eo-  
 dem fugatus, pro certo comperiret, gratias agens domino, patriam laetus reuisit, &  
 collectis in vnum cunctis militibus suis, corpus inimicum exterminare conatur, &  
 ut hoc non fieret, quaedam matrona prius per familiares suos admonita, seruatum pi- 50  
 gnus a terra eleuans, et si indigena, tamen ad patrias nauigio direxerat arctos, id est, se-  
 ptentrionalem plagam. Quae hoc nomen ab arcturis duabus, hoc est, ab vris maio-  
 ribus & minoribus sortitur, quas serpens vnus, ut astrologi asserunt, circumdat, & di-  
 uidit. Pars terrae illius tantum frigida est, quantum a solis calore aliena, & mentes in-  
 colarum charitatis geminae expertes ibi sunt Scythae, qui domos suas secum vehentes  
 feris &

Sigefridus  
Abbas.

Anglorum  
nominis fabu-  
losa notio.  
Sueno Danus  
Haraldi F.  
Angliam ca-  
pit.

Sueno iniuria  
re impatiens.

Adelradus  
Rex Anglus.

Arctos.

Plaga arctoa.  
Scythae.

feris & equino lacte pascuntur. In his partibus est vnus Rex, Gulring nomine, qui in monasterio Ferdensi sub Episcopo eiusdē loci Erpone in clericatu educatus, ad diaconatus gradū peruenit indignus. Sed postquā prædictus Antistes obiit, ipse elapsus nomen & ordinem, alter Iulianus, abiecit, & vocabulum Christianitatis solum professus, in multis inuenitur lōgè alienus. Is à suis primò vt est agnitus, illico suscipitur, & hæreditario honore sublimatur. Quod domino displicet, nemo laudet, nullus imitetur, præfens fructus ob terrorem futurum spernatur. Et ille Rex seruus peccati, filius mortis, non, vt putat, dominatur, sed quotidiano pondere aggrauatur: de quo Deus per Esaiam clamat: Filios enutriui, exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Pro cuius cōfociorumque eius conuersione, & digna emendatione ac perseuerantia, omnis Christianitas oret, & ne tale quid in membris suis amplius patiatur, Deū imploret. Quāuis de illo hoc solū dicerem, sed, proh dolor, alij, qui similem sibiere sentētiā, illud Pauli non attendentes: Quia melius est viam veritatis non cognoscere, quam post notitiam declinare. Sed quia nullus ad comprehendendas aquilonaris regionis varietates, quas natura præ cæteris mirabiles ibidem operatur, & crudeles populi istius executiones sufficit, immerito & de geniminis viperarum, id est, filiis Suenni persecutoris, pauca edissero. Hos peperit ei Mifeconis filia Ducis, soror Bolizlauri, successoris eius & nati: quæ à viro suimet diu depulsa non minimam cum cæteris perpeffa est controuersiam. Huius proles multum in omnibus patrifantes, dilecti genitoris corpus delatum flebiliter suscipiūt, & tumulant, & quicquid de decoris patri suimet ingeri ab Anglis propositum est, paratis nauibus vlciscistudebant. Eorum facinora, quæ his intulere plurima, me quia latent, præteriens, illud stylo breuiter aperio, quod mihi quidam pro veritate sibi cognitum intimauit. Anno dominicæ incarnationis M. xvi. & in mense Iulio, prædicti fratres Harald & Cnut, ac cum Duce suimet, cum ccc. & xl. nauibus, Turgato egressi, vrbem quandam nōmine Lundunam, vbi Regina, tristis nece viri suimet, & defensoris, cum filiis Ethelsteno & Ethmūdo, & duobus Episcopis, cæterisque primatibus, sedebat præsidio, circumdant, & naues singulas lxxx. viros habentes per flumen, quod Timin vocatur, ducentes, vi. menses eandem impugnant. Regina autem tunc bello defatigata assiduo, nūcios misit, quia eis pacem peterent, & quid ab ea poscerent, diligenter inquirerent. Respondetur protinus ab his inexplendis hostibus, si Regina filios suos in mortem, seque, cum xv. m. argenti ponderibus, & Episcopos cum xii. m. & omnibus loriceis, quarum m. xxxiii. & numerus incredibilis erat, redimere, & ad hæc speranda trecentos obsides electos dare voluisset, sibi tantum sociisque suimet pacem cum vita adipisci potuisset; sin autem omnes, tum clamabāt, eos vno gladio perituros. Venerabilis verò Regina cum suis hac legatione admodum turbata, post longam æstuantis animi deliberationem, se sic facturam sponndit, & id cum prænominatis firmat militibus. Interim confractes secundo noctis silentio in nauicula præmissum euadentes periculum, quoscunque poterant ad defensionem patriæ & ereptionem matris, hoste adhuc hoc ignorante, congregabant. Sed cum in vna dierum Thurgut, piratarum Dux, ad depopulandos fines proximos cum multitudine egrederetur, ex improviso hostibus occurrens, eos offendit, & vt eosdem eminus aspexit, socios exhortans, viriliter hos adiit, & ceciderunt vtrique Ethmundus Rex, & Dux Thurgut, cū maxima sociorum multitudine, & nec his neque aliis vlla spes optatæ venit victoriæ, sed vulnerati spōte discesserunt, hoc solum gementes, quòd sic fortuitis id accidit casibus. Nobis autē scriptura prohibet, credere fatum vel casum aliquid esse. Dani tūc quamuis imbecilles, socias tamen naues visitant, & intelligentes vrbi solatium ab Ethelsteno superstite, & Britannis venientibus, afferri, truncatis obsidibus fugiunt, & destruat eos atque disperdat protector in se sperantium Deus, ne vnquam solito his vel aliis noceant fidelibus. In ereptione ciuitatis illius gaudeamus, & in cætero lugeamus. Percepi quoq; à relatu prædicti hominis Seualdi factum miserabile, ac idcirco memorabile, quòd perfida Northmannorum manus, Duce adhuc Thunilo, Cantuariæ ciuitatis egregium antistitem, Dunstan nomine, cum cæteris caperet, & vinculis & inedia ac ineffabili pœna, more suo nefando, constringeret. Hic humana motus fragilitate, pecuniam eis promittit, & ad hanc impetrandam inducias posuit, vt si in his acceptabili

Gulring Rex.

Sententia bona.

Suennis matrimonium.

Anno 1016. Haraldus & Canutus, Sueuonuffij, eorumque expeditio Angl. Ethelstenu & Edmundus Angli.

Ethelstenu & Edmund elapsi a Thacapiunt.

Edmundi & Thurguti caedes. Factus. Casus. Danorum fuga ex Anglia.

Dunstanus, Episc. Cantuariensis.

Dunstanus  
Episcopus La-  
pidatur.

Tempestas.

Irruptio Sar-  
racenorum in  
Italiam.

Benedicti Pa-  
pe in Sarra-  
cenos expeditio.

Clades.

Victoria.

Manubie.

Regis Sarra-  
cenici mina.

redemptione mortem momentaneam euadere nequiuisset, semetipsum gemitibus crebris interim purgare, hostiam domino viuam ad immolandum. Transactis tunc omnibus designatis temporibus, vorax piratarum charybdis, domini famulum euocat, & sibi promissum celeriter persolui tributum, minaciter postulat. Et ille, vt mitis agnus preesto sum, paratus ad omnia, quæ in me nunc præsumitis facere, Christi amore, vt suorum merear fieri exemplum seruatorum. Non sum hodie turbatus. Quod vobis mendax videar, non mea voluntas, sed dira effecit egestas. Corpus hoc meum, quod in hoc exilio supra modum dilexi, vobis culpabile offero, & quod de eo faciatis, in vestra esse potestate cognosco: animam autem meimet peccatricem creatori omnium, vos non respicientem, supplex committo. Talia loquentem prophanorum agmen vallauit, & diuersa hunc ad interficiendum arma cogerit. Quod cum eorum dux Turkil à longè vidisset, celeriter occurrens, ne quæso sic faciatis, inquit, aurum & argentum & omne quod hic habeo, vel illo modo acquirere possum, excepta naui sola, ne in Christum domini peccetis, libente animo vobis omnibus trado. Tam dulci affatu infrenata sociorum ira, ferro & saxis durior, non mollior, sed effuso innocenti sanguine placatur, quem communiter capitibus bouum & imbris lapidum, atque lignorum infusione protinus effundunt. Inter tot fremetium impetus & cœlesti iucunditate, vt signi sequentis efficacia protinus testatur. Vnus namque inter primicerios membris effectus debilis, agnouit in semetipso, quod deliquit in Christo electo, sicut scriptum est: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. In hoc Christi athletæ triumpho miseri eiusdem persecutores deuicti, dominum & pecuniã à Duce suimet sibi exhibitam, & ad vltimum, nisi resipiscant satisfacientes, perdiderunt animam, & ille cum stola, innocentia mentis & corporis hæcenus dealbata, & tum rubro intincta sanguine, diuinum placuit obtutum. Hunc intercessorem nos peccatores precibus assiduis acquiramus, & apud maiestatem diuinam plurimum valere credamus. In supra memorati circuitu anni quæ mala Christicolis peccati vindex intulerit, non sine graui merore edissero. Quarta Id. Febr. & in vi. feria, subsequente ræ signa miseræ, in ipso noctis crepusculo tonitrua cum fulminibus & magnis tempestatibus in diuersis nocentia locis terribiliter intonuere. Quidam namque confractis à tali impetu domibus obierunt, alij autem vulnerati vix mortem euasere. In syl. uis cadentibus magnum quoque accidit damnum. In prouincia, quæ Hassegun dicitur, iiii. confratres, quorum hæc sunt nomina: Oelli, Burhard, Thiedric & Poppo, à quodam libero, qui Bern dicebatur, milite bono, sepe contempti, collectis agminibus irruentes in eum, non minus quam viros centum scutatos habentem peremerunt, nonnullis vtrunque oppetientibus. In Longobardia Sarraceni nauigio venientes Lunam ciuitatem, fugato pastore, inuadunt, & cum potetia ac securitate fines illius regionis inhabitant, & vxoribus incolarum abutuntur. Quod cum domino Apostolico, nomine Benedicto, fama deferret, omnes sanctæ matris Ecclesiæ tam rectores quam defensores congregans, rogat, ac præcipit, vt inimicos Christi, talia præsumentes, viriliter secum irrumperent, & adiuuante domino occiderent. Insuper ineffabilem nauium multitudinem tacite præmisit, quæ eis redeundi possibilitatem interciperet. Hoc Rex Sarracenus animaduertens, primò indignatur, & tandem, paucis comitatus, nauicula periculum imminens euasit: sui verò omnes conueniunt, & aduentantes prius irruunt hostes, eosque mox fugientes miserabile dictu iii. dies & noctes prosternunt. Respexit tandem Deus, gemitu piorum placatus, & odiètes se fugauit, & in tantum deuicit, vt nec vno de his relicto, interfectorum & eorundem spoliolum multitudinem viatores numerare nequirent. Tunc Regina eorum capta, ob audaciã iure capite plectitur. Aureum capitale eiusdem ornamentum, inuicem gemmatum, Papa sibi præ cæteris vendicauit, postque Imperatori suam transmisit partem, quæ mille libris computabatur. Diuisa omni præda, victrix turba læta mente ad propria reuertitur, vt triumphanti Christo dignas persolueret odas. Rex autem prædictus, morte coniugis & sociorum admodum turbatus, summo Pontifici saccum castaneis refertum misit, & per hunc portitorem tot se in proxima æstate milites sibi esse laturos intimauit. Percepta hac legatione Papa, marsupium eidem milio plenum inter nuncio talibus dictis reddidit: si non sufficeret sibi Apostolicam satis læsisse dotem, secundò

cundò veniat, & tot loricatedos, vel plus, se hîc inuenturum, pro certo sciat. Homo cogitat, & loquitur, dominus iudicat, quem suppliciter fidelis quisque oret, vt talem plagam misericorditer amoueat, & necessariam optatę pacis securitatę pius indulgeat. In insula quę dicitur Augia, xv. Cal. Nouembr. vii. naues, hominibus pro-

10 Reingerio Wirinhariũ & eius germanum Reinzonem pariter occidit. Huius pater ad Bohemiã ab Ottone in exilium missus, ibidem moritur. Ipsa eorundę patrię vi-

20 In primis optimę suscipitur, & illico infecta veneno potione turbatur. Post hæc nimio dolore protinus ingrauescente, sequentem ibi vix expectabat diem, & vt bene remuneratus, & charitatiuę salutatus, abiit. Militibus suis ibidem dolosę tardatis, à quodam seruo furtiuę prostermitur, præsentē eiusdem seniore Baldrico, & hoc nullo tenus vlciscente. Tunc unus ex suis militibus, vt nefandi sceleris authorem occidit, mox interfectus oppetit. Fugiente tum Baldrico, & conscientiam in hoc manifestate, miseria talis, fama vulgante, dilatatur, & Thiedricus sanctę Mimmingerodensis Ecclesię Præsul, materterę meę iuxta qui expectabat, primus aduenit, ac dilecti obitum amici mœtore questus insolabili, corpus ad Breihem \* ciuitatem comitatur, & hoc ad fratres suos collocare summopere statur. Dehinc nois per omnem hanc regionem suimet nunciis, ipse comprouinciales & affines hæc ad vindicanda excitat, & cum valida manu vrbem prædictam hostis nomine Vpplan possedit, cõtigua deuastans loca, & igne consumens. Aduenit tãdem Bernhardus Dux, nepos meus, qui iure, filii præfati Comitiss ad huc paruuli, & totius hæreditatis, tutor, & nefandi criminis vltor, extiterat, & hic tristes, quantum valuit, milites solatus cum cæteris fautoribus vrbanos nocte dieque lacescit. Interim Imperator à Burgundia, vbi magnam ætatis partem morabatur, digressus, vt primum omnem reieuentum comperit, nauigio illuc pergere festinauit, & in illo itinere Geuehardus, Heriberti Comitiss filius, nepos meus, regięque maiestati tunc multũ acceptus, ac omni probitate præcipuus, obiit, Imperatorem, & omnes in his partibus cõstitutos, tristes post se relinquens. Archiepiscopus autem Coloniensis Heribertus multum ex parte sui militis Baldrici sollicitus, Imperatorem sæpe interpellat, quò vrbem diu possessam suã vellet subdere potestati: cuius assidua petitione Imperator deuictus, consensit. Hostem tunc Cæsaris abeunte, vrbis Vpplundicta omnino destruitur, & Comitissa ibidem diutius turbata cum omnibus, quæ habebat, pro dolor, seruatur. Omnis maledictio, quam sibi beatus Iob imprecatus est, huic, talem promerenti, eueniat. In

*Hominis uir guntur. Lamberti elades & immunitas.*

*Reingeris, Lamberti frater.*

*Roberti Regis laudat.*

*Henricus, Dismari auunculus.*

*Wigmannus Comes.*

*Baldricus Comes.*

*Baldricus hospitalis inuis violator.*

*Baldrici fuga*

*Theodorici Episc.*

*Bernhardus Dux.*

*Gebhardt mors.*

*Heribertus Archiepisc. Coloni.*

*Imprecatio.*

presenti tempore tantum mali percipiat, ut in futuro veniam saltem sperare liceat. Quicumque in auxilium eius unquam aspiret, conuertatur ad dominum, & se vehementer peccasse confessus, ad emendationem condignam festinet: quia sibi venenosæ aspidis caret Ecclesia tanti defensoris. In hoc autem anno Thiedricus Antistes & Herimannus Comes, Gerbergæ filius, de inani re mutuo certantes, sua vastabant. Dehinc amicis persuadentibus, ac maximè iussu Imperatoris, sedati præsentiam Cæsaris utrinque præstolantur. Anno Dominicæ incarnationis \* Imperator à Palathi, ubi celebrauit natale domini, exiens, in Alstidi Epiphaniam domini solenniter peregit, & in sacra nocte eadem Fridericus Comes, fidelis Christo & seniori suo, obiit in ciuitate sua Ilburg dicta. Hic quia sapiens erat & sibi finem huius vitæ iam appropinquare cernebat, prædictam ciuitatem fratris suimet filio, nomine Thiedrico, ea ratione dedit, ut cum laude sua, quia hæres suimet fuit, & alteri hoc legitime fieri non potuit, licere sibi tribus suis filiabus prædium omne, quod remansit, tradere. Huius comitatû, & super Suisili pagum potestatem, ille Thiedricus Imperatoris munere post suscepit. Fit publicus Principum in Alstidi conuentus: inter Bernhardum Marchionem & patru meimet filios litigium cum emendatione sibi accepta, et iuramentum pacificatum est. Inter Thiedricum Antistitem & Herimannum Comitem inimicitia diu exorta, & odium, quod erat inter Eggihardum & confratres, Vdonis filios senioris, ab Imperatore sedatum est. Ibi etiã promisit Geroni Archiepiscopo Bernardus Marchio D. argenti talenta pro damni recompensatione 20 illat. Optima quæque Imperator, ibi diu conuersatus, fecit. Fit pax inter Geuehardum & Willehelmum Comites. Nuncii de Italia huc venientes gratulabundi ad sua redeunt. Iter Imperatoris ad occidentem dispositum, ob viæ asperitatem est dilatû. Imperator hoc, quod ex parte Bolizlauri rogatus, laudat, conuenisse ad eum Principes suos, et si quid boni vellet sibi exhibere, cum eorum consilio libenter acciperet. Mittuntur inuicem nuncii, & induciæ ponuntur. Cæsar interim ad Merseburg veniens, certitudinem rei huius expectabat. Ibi tunc multi latrones à gladiatoribus singulari certamine deuicti, suspendio perierunt, & archiepiscopi duo Erkinbaldus & Gero, & Arnulphus Antistes cum Comitibus Sigefrido & Bernhardo ceterisque Principibus iuxta Mildam fluium quatuordecim dies sedebat, Bolizlauum per internuncios suimet ad Albim venire rogantes ad colloquium, à se diu desideratum, & hic tunc erat Scitiani: & ut legationem audiuit, se ob timorem hostium suimet illò venire dixit nullatenus audere. Et nuncii, Quid si, inquit, seniores nostri ad nigrã veniunt Elstram, quid facis? & ille, Nec pontem hunc, inquit, prætereire volo. Talibus dictis reuersi sunt, dominisque hæc omnia intimabant suis. Imperator autem purificationem sanctæ Dei genitricis nobiscum celebrat. Post hæc Episcopi & Comites ob contemptum Bolizlauri, se fallentis, tristes adueniebant, & Imperatoris mentem apertis legationibus incendunt. Ibi tunc de futura expeditione tractatur, & fidelis quisque ad hanc præparari moneatur, & ut nullus inter nos & publicum hostem deinceps mitteretur nuncius, vel susciperetur, firmiter ab Augusto prohibetur, & quis hoc hætenus agere præsumeret, diligenter inquitur. Dehinc Imperator à nobis proficiscens ad Magdeburg venit, magno ibidem susceptus honore. Postera luce idem dominica die, quia septuagesima tunc instabat, carnem deposuit, & in secunda feria Archiepiscopus capellam septentrionalem benedixit, præsentem Imperatore. In proxima autem die oritur commotio inter socios Archiantistitis & Bernardi Marchionis, quæ sine periculo sedatur, & Episcopo honorificè finitur. Conueniunt ibidem fures iussu Imperatoris, & à congregantibus deuicti, laqueo traduntur. Multa, salutem patriæ respicientia, ibidem finiuntur. Sed ego cum multa sæpe questus sim Imperatori de parte meimet parochiæ ab Ecclesia Misnensi iniuste ablata, & scriptis restituta, cumque bona inde mihi profutura sperarem, aliter quàm ratus sim, hoc euenire cognoscebam. Namque in Cathedra sancti Petri, quæ est v r i i. Cal. Martii, cum sederet Imperator, & præsentem Episcopi adessent, Gero, Meimwercus, Wigo & Ericus & Eilbardus, surrexi, & lamentationem meam feci. Tunc Imperator & Archiantistes, à quibus sperabam auxilium, iusserunt mihi, Deus scit inuito, qui his resistere non præsumpsi, ut parochiam in orientali parte Mildæ fluminis iacentem, id est, in Burgwardis

Fridericus,  
Comes Alebur  
gi.

Theodoricus  
Friderici ha-  
res.

Patru Diti-  
mari filii.

Bernhardi  
Marchionis  
multa.  
Legatio Ita-  
lica.

Allo cum Bo-  
leslao.

Boleslai ar-  
rogantia.

Bellum in Bo-  
leslao de-  
cretum.

Animadu-  
er-  
sio in fures.

Possessiones à  
Ditmaro per-  
mutatione &  
legatione Ca-  
saris recupera-  
ta.

wardis Bichni & Wurcin Eilbardo cōcederem, & quam ille in occidentali ripa tūc teneret, mihi, hoc nunquam desideranti, relinqueret. Id cōgambium baculis firmavimus mutuis. Testificor coram Deo & omnibus sanctis eius, id quod residuum fuit tunc nullo modo dereliqui. Iussit quoque Imperator, ut villas tres, quæ sub prædicto erant Episcopo, Herimannus Marchio aut Misnensi Ecclesie sacramento retineret, aut mihi redderet. Eodem die Imperator & contectalis sua à Gerone Archiepiscopo magnis honoratur muneribus. Crastinoque inde pergentes, tertia die, id est dominica, ad Halberstidi perueniunt. Quos ibi Arnulphus Præsul magnificè suscepit, & duas noctes secū habuit. III feria ad Quidilingeburg profecti, ab Ethelheida, venerabili Abbatissa, non minori gloria ornantur. Quarta die monasterium in occidentali monte, vbi spōso cœlesti sanctimoniales monachico habitu seruiunt, ab Arnulpho Antistite præfente Augusto dedicatum est, III. Cal. Martii, auxiliante quoque ad hoc Gerone Archiepiscopo cæterisque confratribus. Ibi tunc Imperator talentum auri dedit ad altare. Inde tunc percepta à nepte sua caritate magna ad Goslariā tendens villam, ibidem IIII. sedebat hebdomadas. Hanc enim tunc multum excoluit. Et quia tunc quadragesima fuit, quæ Christo portebant, & seculo in multis necessaria erant, operari studuit. Post hæc Bertoldus, Lutharii filius, cum suis fautoribus urbem Munnam Cal. Aprilis, cōducto custode, diluculo intrans, Baldricum, Wigmanni Comitis inclytum satellitem cum confociis diu repugnantem, occidit, viatorque insedit. Pridie ego ad Misni præsidio veniebam. In hac hebdomada Principes nostri edicto Cæsaris ad Gosleri conveniunt. Ibi tunc auunculo meimet Sigefrido Comitatus fratris Henrici commendatur, & expeditio in nostris partibus ordinatur, cæteraque patriæ periclitantis proficua & admodum necessaria disputantur. Imperator inde progressus, hoc malum, quod prædixi, primitus comperiens, de futura perturbatione sollicitus fuit. In illo vernali tempore, & in Bernhaldi Marchionis potestate, nascitur ovis cum v. cruribus. Palmas Rex celebrat in Magontia, & in Ingelheim pascha, & in his partibus magis honorificè ac potestatiuè nunquam fuit. Et quia ob tantam solennitatem maxima ibidem finiri non poterant, ad Aquasgraniponitur conuentus, & tunc illic cum consilio Heriberti Archipræfulis Thiedricum Metensem Episcopum & Hericum fratrem eius placavit. Regina autè Cunegunda à Fræcorde à Cæsare discedens, cum ad locum, qui Capungun dicitur, veniret, infirmatur, & ibi tunc domino promisit, se ad laudem eius vnum facturum monasterium. Sed quod inter hæc accidit, his annexi haud incongruum est. In urbe Parthenopolitana duæ conforores fuere, quarum prior Aluured & iunior Irmingere dicebatur, ambæ admodum laudabilis vitæ, non cum cæteris sanctimonialibus conuersando, sed singulariter in Ecclesia, quæ rotunda dicebatur, Christo eiusque dilectæ genitrici sedulum exhibebant obsequium. Iunior autem exteriorum lumē oculorum perdens, interiori acie æterno fruitur splendore, & non longè post ad patriam semper optatam VII. Id. Febr. transit. Huius senior germana nepti suæ innixa Fritherunæ, & crebro amissæ sororis & affidæ infirmitatis dolore deficiens, nil nisi XIII. hebdomadas, & tres dies superuixit. Hæc pridie quàm carnis debitum persolveret, in excessu mētis effecta in præsentiam sanctæ Dei genitricis delata est: Vbi Tagmonem & Waltherdum Archiepiscopos, & Eidum Præsulem venerandū, magno lucentes honore, sibi indulgere promeruit. Cognouit quoque ibidem materteras Geronis Archiepiscopi, Mirifuidam ac Emnildam, & Eddilam nomine quæ Abbatiam relinquens suam Christi amore, iuxta monasterium doctoris gentium Pauli Romæ includitur, & aliam, quæ Odel dicebatur, omnes illud psalmographi canentes: Placebo domino in regione viuorum. Interim presentibus cunctis hæc mortua videbatur. Tandem expergiscens, & oculos eleuans, quod vidit omnibus innotuit: Habentus, inquit, vobiscum libenter commorabar, nunc consideratis multo melioribus his, piget in hac lutea me amplius manere casa. Dicam vobis in veritate, quod cras vos relictura, locum mihi præordinatum munere diuino possidere debeo: sicque factum est. Transit autem anima in Christo foelix, XI. Cal. Iunii. Hoc verum esse, fratres in Christo, mihi credite, & has Ecclesie adiutrices nostræ admodum vtilis esse pro certo scitote. In suas orationes sanctas me peccatorem hæc susceperunt, &

*Ethelheida  
Abbatissa  
Quedlinburg.*

*Goslaria ex-  
cultā à Cæsare.*

*Conuentus  
Goslarie.  
Sigefidus  
Diuini auunculus.*

*Monstrum.*

*Cunegunda  
Aug. morbus.*

*Parthenopolis*

*Fabula monastica.*

*Geronis Archiepiscopi  
tertia.*



nil vnquam boni ex mea parte, proh dolor, receperunt. Imperator autem audiens  
 contactalem suam leuius habere, & votum fecisse domino, grates Christo persoluit  
 ex animo, & Pentecosten in Wirthuni, quam primò sanctus domini sacerdos Luidi-  
 gerus suis construxit impensis, venerabiliter celebrauit, Abbate Heithérico sibi ple-  
 niter ibidem seruiente. Postera die, id est 4. Id. Iunii Thieddegus, Pragēsis Antistes,  
 ac martyr Christi successor Ethelberti, viam vniuersæ carnis fideliter adiit. Hic in  
 nonia educatus Corbeia, medicinali arte optimè est instructus. Quem Bolizlaus se-  
 nior, ob inobedientiam Christi præconis, paralyti percussus, licentia Thietmari Ab-  
 batis vocauit, eiusque magisterio leuius habere cepit. Sed cum Wortegus ex huius  
 mudi caligine, vt prædixi, subtraheretur, auxilio præfati Ducis sedem suam à tertio  
 Ottone ad regendum suscepit, de qua post mortem Bolizlai senioris ab æquiuoco  
 eius & filio sæpe expulsus, toties à Marchione Ekkihardo reducitur, & magnas pati-  
 tur iniurias. Hic hospites, vt sanctus iubet Gregorius, non solum ad se inuitauit, sed  
 etiam traxit, hoc maximum habens vitium, quòd ob morbum sibi nocentem bibe-  
 bat supra modum. Paralyticus autem erat, & præ manu tremore assiduo sine astantiũ  
 auxilio presbyterorum missam canere non potuit: sicque vsq; ad finem languescens,  
 bonis, vt spero, animam curabat medicaminibus. Interea Mararenfes, Bolizlai mi-  
 lites, magnam Bauariorum cateruam dolo circumuenientes, incautam occidit, da-  
 mnum sibi ab eis illatum prius ad partem haud exiguam vlciscentes. Cæsar verò ad  
 oriẽtem tendens, Imperatricem ad se in loco, qui Pathebrunnum dicitur, venire iu-  
 bet. Inde ambo vsque ad Magdaburg profecti, à Gerone Archiepiscopo honorificè  
 suscepti sunt. In sequenti verò nocte, id est dominica, & Non. Iulii, tempestas ingruit  
 horrida, homines cum pecoribus simul & ædificiis ac frugibus latè consumens.  
 Immensus quoque fragor syluas concutiens, vias omnes nimis occupabat. Postera  
 die Imperator cum coniuge & exercitu Albim transiens ad Liesca, curtem quondã  
 Vigonis Episcopi, & tunc feris innumerabilibus inhabitatam, venit, duasque ibidem  
 noctes in castris sedens tardantem turbam expectauit. Et post hæc regressa Impera-  
 trice, cæterisque compluribus, ipse turmatim processit. Ipsa verò die Henricus, quõ-  
 dam Bauariorum Dux, à Bolizlao, quò pacis firmandæ gratia perrexit, cum nunciis  
 eiusdem rediit, quem Imperator audita referentem sua iterum legatione remisit, nil  
 que ibi proficiẽtem, ad dominam & sororem suam abire sinit. Interea in monte san-  
 cti Iohannis Baptistæ, qui iuxta Parthenopolin positus, eidem est cum appertinentibus  
 vniuersis subditus, res admodum miserabilis xii. Cal. August. & dominica nocte  
 accidit. Horum in dormitorio confratrum lucerna quædam ardens maior solito il-  
 luxit, & proxima occupans, hoc ibidem quiescentibus, id serò intelligentibus, vora-  
 ci flamma consumpsit: Et cum tale periculum omnes euaderent, vnum ex his causa  
 sacerdotalem eripiendi apparatus subito regressum, & in medio ignis peccata sui-  
 met confitentem, perdiderunt. Huius nomen erat Henricus. Dehinc monasterium  
 ab eiusdem loci Abbate Sigefrido viii. annis optimè elaboratum, ardens præsentium,  
 posteaque aduenientium corda turbauit. Insuper duas eiusdem capellas cum refe-  
 ctorio, cæterisque adhærentibus officinis, ignis latè flagrans absorbit: de cuius aua-  
 ris faucibus diuina pietas & confluentium summa deuotio, omnes sanctorum reli-  
 quias, & maximam thesauri partem, eripuit. Facto autem mane, vrbis prædictæ ha-  
 bitatores, & qui ibidem præsidio ab imperatore relictis fuerat, conueniunt: detrimẽ-  
 tum tale nimio mœrore conquesti. Corporis autem perusti tenues fauillas mano  
 confratres summopere colligentes suis apposuerunt prædecessoribus, Abbati que suo  
 tunc absentem per nuncium suimet euentum miserabilem indixere: Qui vt hæc com-  
 perit, suis specialiter accidisse peccatis cognoscens, quia emendare nequiuit, hone-  
 sta gravitate tulit. Dum hæc aguntur, Miseco, Bolizlai filius, Boemiam, absentia O-  
 thelrici Ducis sui minus solito repugnantem, cum x. legionibus inuadens, duos dies  
 prædatur eandem, & cum innumerabili captiuorum multitudine reuersus, patrem  
 gaudiis impleuit immensis. Cæsar verò cum exercitu suo, & Bohemiorum atq; Lui-  
 ticiorum comitatu obuia quæq; deuastans, v. Id. Aug. ad urbem Gloguam, vbi Bo-  
 lizlaus cum suis eos præstolatur, sollicitus venit, & prouocantem inter sagittarios la-  
 titantes hostem nostros persequi prohibuit. Inde electas ab exercitu valido xii. legi-  
 ones ad

Wirthuni.

Thieddegus  
Antistes  
Prag.  
Boleslaus Bo-  
iemus.

Wortegus.

Eccardus.

Bibulus sacer-  
dos.Mararenfes  
pro Morauis.

Tempestas.

Expeditio  
Cæsar in Bo-  
leslaum.  
HenricusMonasterium  
S. Iohannis  
flammas ab-  
sumptum.Miseco Boie-  
miæ inuadit.

Glogonia.

ones ad urbem, eò quòd à nostris olim sit cõdita, Nemetzi dictam, præmisit, quæ ha-  
 bitatoribus his venturum præoccuparent auxilium. Quibus castrametatis, hostes  
 aduentare rumor indixit, & in nocte tenebrosa, ac in magna imbrium effusione, hos  
 lædere nequaquam valentes, quosdam effugarunt, nonnullosque ciuitatem intrare  
 inuiti patiebantur. Posita autem est hæc in pago Silensi, vocabulo hoc à quodã môte  
 nimis excelso & grandi olim sibi indito: & hic ob qualitatem suam & quantitatem,  
 cum execranda gentilitas ibi veneretur, ab incolis omnibus nimis honorabatur.  
 Imperator autem post tres dies ad eandem cum exercitu valido veniens, castris e-  
 andem vndique secus circumdari iubet, sperans sic omnem hosti suo claudere acces-  
 10 sum. Sapiens eiusdem consilium, & in omnibus bona voluntas multum ibi prodes-  
 set, si in efficiendis rebus auxiliantium sibi affectus hunc adiuuaret: Nunc autem per  
 omnes custodias præsidium vrbi in noctis silentio aduenerat magnum. Tunc præ-  
 genarum species instrumentorum à nostris parari iubentur, & mox ex parte contra-  
 ria his admodum similia videntur. Nunquam audiui aliquos, qui meliori patientia  
 ac prudentiori consilio se vnquam defendere niterentur, ex parte gentili crucem  
 sanctam erigebant, eiusdemque auxilio hos vinci sperabant. Siquid his prosperi ac-  
 cidit, nunquam exclamabant, nec aduersitatem aliquo gemitu ingrauecente aperiri-  
 ebant. Interim Mataræses Bohemiam ingressi, urbem quandam expugnant, & cum  
 præda ingenti incolumes exibant. Quod cum Marchio Henricus, hos petere cum  
 20 exercitu conatus, audiret, festinus insequitur, & occisis ex eorũ numero plus quàm  
 mille viris, fugientibus cæteris captiuitatem hanc omnem solutam domum remisit.  
 Neque tacendum est, quòd alii milites Bolizlauri urbem, Belegori dictam, xviii. Cal.  
 Septemb. aggressi, & bello eam impugnantes diutino, Deo gratia, nil proficiebant.  
 Luiticorum autem magna multitudo, quæ domi fuerant, quandam ciuitatem præ-  
 fati Ducis petierunt. Ibi plus quàm c. socios perdentes cum ingenti tristitia reme-  
 abant, posteaque eiusdem bona multum vastabant. His quoque adiiciam mortiferũ  
 Godefridi Ducis & Gerardi Comitis congressum. Illi namque diu inuicem discor-  
 des, certum condixere diem, qua cum suis fautorib. hæc certo duelli iudicio discer-  
 nerent. Mense Augusto ac vi. Cal. Septemb. in quadam prati florentis planicie con-  
 30 dicta confligebant. Sed superbiam Gerardi humilitas Christi molliens, ac socios e-  
 ius, in fugam subito vertens, non minus ex his quàm ccc. prostravit viros: ex qui-  
 bus fuit vnus Waltheri, puluereo nomine, eò quòd in fauillam sibi cõtraria redegis-  
 set, vocatus, habitu clericus sed relatro eximius. Hic centurio loco cum suis claudi-  
 tur vno, & tunc fauciatu iacuit in prælio, cui nunquam suffecit sanguinis effusio.  
 Nam perhibent populi, hunc dũtaxat cum lætitia duxisse diem, quo hastam suimet  
 humano cruore aspersam, & domus domini, quibus alii pepercere maligni, incen-  
 sas ruere vidit. Hic Burgundia genitus, & à prædicto Comite quondam captus, non  
 prius ab eo potuit absolui, quàm se eidẽ semper auxiliaturum, ac loco deuoti militis  
 ci seruiturum, sacramentis sanciuir. Ergo huc vocatus venit, sed ad perpetrãdum so-  
 40 liti facinoris augmentum diuina tardatus miseratione, non rediit. Capti sunt autem  
 tunc ex parte senioris sui Sigefridus, eiusdem filius, nepos autem Imperatricis no-  
 stræ, cum Baldrico aliisque quàm plurimis. Sauciatu est ibi Cono, cui iam illicitẽ  
 nupsit neptis sua, Ernesti Ducis vidua. Prædictus verò Dux nil nisi xxx. milites per-  
 didit, & hos elegantes. Interea perfectis omnibus instrumentis, cum iam ibi tres se-  
 deret hebdomadas Cæsar, ad urbem pugnare iussit, & hæc omnia iniecto à propu-  
 gnaculis igne celeriter ardere vidit. Post hæc Othelricus cum suis urbem ascendere  
 tentans, nil profecit. Tunc Luitici similia aggressi, deiiciuntur. Cæsar autem videns  
 exercitum infirmitate depressum in vrbe capiendã in vanum laborare, iter suum ni-  
 50 mis arduum ad Bohemiam direxit: Ibiq; ab eiusdem prouinciæ iusto Duce Othel-  
 rico susceptus, decenti munere honoratur. Interim Marchio Henricus, amixæ mei-  
 met filius, longa egrotatione vexatus, xiiii. Cal. Octob. Orientalium decus Fran-  
 corum, obiit, & in septentrionali parte monasterii, in Sueinfordi ciuitate sua positi,  
 ab Episcopis tribus, Henrico, Eberhardo & venerabili Riculpho, extra Ecclesiam,  
 vt ipse petiit, iuxta ianuam sepultus est. Hoc Cæsar in Misni comperiens multum do-  
 luit. Bolizlaurus verò in Worcizlauri ciuitate euentum rei sollicitus expectans, cum

Nemetzi  
 vrbs obijta

Moratorum  
 in Bohemiam  
 irruptio &  
 clades.

Belgera.

Confl. Eius  
 Godefridi &  
 Gerardi.

Waltherus  
 Burgundio  
 cognomente  
 Pulus.

Sigefridus,  
 Gebhardi F.  
 Cons.

Othelricus  
 Boiemus.  
 Cæsar obsidi-  
 onem Nemet-  
 censium soluit.

Henrici Mar-  
 chionis mors.

Sueinford.

Indiciorum  
Dea.

Imperatorem abisse, urbemque suam incolumem stare, audiret, lætatur, militibusq;  
congaudet. Pedites autem illius plusquam sexcenti Bohemiam clanculum petentes,  
prædamque sibi more solito inde sperantes, quem hostibus laqueum extēdere, pau-  
cis excedentibus incutere. Sed Luitici redeuntes irati de decus deæ suimet illatum,  
queruntur. Nam hæc in vexillis formata à quodam Hermanni Marchionis socio la-  
pide vno traiecta est: & dū hoc ministri eius Imperatori dolenter retulissent, ad emē-  
dationem XII. talenta perceperunt. Et cum iuxta Worzin ciuitatem Mildam nimis  
effusam transire voluissent, deam cum egregio L. militum comitatu alteram perdi-  
derunt. Tam malo omine residui domum venientes, à seruitio Cæsaris se malorum  
instinctu abalienare nituntur. Sed habito post communi suimet placito à prioribus  
suis conuertuntur. Laborem istius itineris, & commune detrimentū, quis vnquam  
valet explicare? Inexuperabilis Bohemiæ regionis introitus, sed multo deterior e-  
iusdem fuit exitus. Facta est hæc expeditio ad perniciem hostis, sed crimine nostro  
multum læsit victoribus nostris. Quod enim tunc in nobis non licuit inimicis, per-  
actum est postea criminib. nostris. Desseam quoq; quod Bolizlaui satellites inter Al-  
bim & Mildam facinus perpetrabant. Namque huius senioris sui velociter egres-  
si XIII. Octob. plusquam mille mancipia in his partibus sumpserunt, plurimaque in-  
cendio latè confumentes, prospero itinere reuertuntur. Imperator autem Cal. O-  
ctob. Merseburg venit, ibiq; Ekkihardum, nouæ ciuitatis Abbatem, & huic XXI. 10  
annos & v. menses præsidētē, Pragensi præfecit Ecclesiæ, eundē v. Non. Nouemb. 20  
ab Etkanbaldo Archipræsule consensu meo consecrari præcipiens. Ibitunc Boliz-  
laui nuncius Luidolphum iuuenem, diu captiuum remitti promisit, suosque milites  
apud nos firma detentos custodia pro eius deliberatione relaxari petiit: & si aliquē  
Imperatori nuncium de acquirenda eiusdem gratia mittere licuisset, diligenter in-  
quirat. Assiduo Principum suimet interuentu Cæsar his omnibus assensum præbuit,  
& tūc primò comperit, Russorū regem, vt sibi per internunciū, pmisit suū, Bolizlaui  
petiisse, nilq; ibi ad urbem possessam profecisse. Huius regnum præfatus Dux post-  
ea cum exercitu inuadens, generum suimet, & fratrem eius, diu expulsum, inthroni-  
zauit, & hilaris rediit. Imperator à nobis exiens, inde ad Alstidi venit, ibique omni-  
um memoriam sanctorum digna veneratione celebravit: & tunc in eodem die Her- 30  
dingus, nouæ ciuitatis ab Imperatore ibidem constitutus Abbas, à Gerone Archi-  
episcopo consecratur. Insequenti dominica die, id est, tertio Non. Nouemb. Cæsar  
quoddam prædium, Rogalici vocatum, quod tunc ab Hatholdo milite sibi placito  
acquisiuit cōcambio, confratribus nostris in Merseburg, Christo famulātibus, dedit,  
& lucum quendam ab Hagero, prædicti senioris germano, x. talentis argenti com-  
paratum, eorundem vtilitatibus accōmodauit, præceptisque suimet firmari præce-  
pit. Tres quoque Ecclesias in Lipzi & in Olsciuzi ac in Gusua positas mihi concessit.  
In hoc vernali tēpore idem aureū altare ad decus Ecclesiæ fabricari iusserat nostræ,  
ad quod ego ex antiqui altaris nostri sumptu auri v. libras dedi. Sed cum in prædi-  
cta ciuitate Cæsar v. hebdomadas & vii. dies sederet, dilectū sibi locum Bauenberg 40  
visitat: ibi tunc mēse Decembri Henricum etiam, quondam Bauariorum Ducem,  
& tunc VIII. annos, & penè tot menses, sua depositum culpa, pristinis Imperator re-  
stituit honoribus die dominica: sicut ei firmatum est prius à Poppone Treuerensi Ar-  
chiepiscopo. Sed antequam huius conclusionem anni faciam, quædam in hoc dicen-  
da interseram. Thietmarus, venerabilis sanctæ Asebrunensis Ecclesiæ Episcopus,  
seruus sancti Mauricii in Magdaburg, & prius vtilis Magūtæ & Aquisgrani Prepo-  
situs, caligine quadam obfuscante lumen hoc visibile in priore perdidit anno, ac in-  
teriori oculo eò lucidius radiante fomitem totius lucis Christum indefesso labore  
iam contemplatur. Hic, rege Henrico, successit antecessori suo Nonnoni, \* qui O-  
thilulphus dicebatur. Obierunt in hoc anno Amalricus, Farmundus & Bezelinus, 50  
& paucas sedens hebdomadas Altmannus. Hic monachus fuit sancti Iohānis in Ma-  
gdaburg, indeque ab Athelheida Abbatissa, eo quod de sua esset familia, Arnulpho,  
regis germano, & nunc Episcopo Rauennatis Ecclesiæ, ad seruitium ab ea datus est:  
à quo postea consecratus, à suis toxicata potione læsus est. In mea vicinitate & in op-  
pido Siliuellun dicto, miraculum quoddam accidit in secūda Decembris hebdoma-  
da. Fuit

Eccardus ex  
Abbate Episc.  
Pragensi.  
Baleslaus re-  
conciliationi  
Cæsaris stu-  
det.

Neumburg.

Cæsaris in mo-  
nasterium &  
episcopatum  
Merseburg li-  
beralitas.

Lipza.

Henricus Ba-  
uarus in du-  
catum restit-  
tus.

Ditmarus E-  
pisc. Osnā-  
brugens.

Amalricus,  
Farmundus,  
Bezelinus,  
Altmannus,  
præsules.

Arnulphus  
Cæs. frater.

Spectrum.

Idolatria.

Roelitz.  
Ida, nurus  
Ottonis I.

Prodigium.

Roma caput  
urbium.Oleum Ro-  
mæ et a sca-  
turit.  
Iohannes,  
Crescentii F.Vlodomirus  
Russus.

da. Fuit ibi quædam mulier, quæ cum virum suimet domi non haberet, super se & super filios hospitium obferebat suum, & ecce ante gallicinium sonitus ab ea immensus auditur. Hæc talibus obstupefacta, vicinos clamore continuo euocans, necessitatem suam indicat. Qui volentes eidem succurrere, crebra iactatione repelluntur. Tandem ianuam frangentes, gladiisque intrantes euaginatæ, quid matris familias, vel ipsis, tantum rebellauerit, diligenter inquirunt: & quia monstrum erat, hostem non inuenientes, egressi sunt tristes. Mulier autem prædicta diem expectans sollicita crastinum, proximum accersit presbyterum: Qui omnem hanc domum reliquit sanctorum & aqua lustrauit benedicta. In sequenti verò nocte parum de supra dicto terrore concutitur, & Deo gratias, crebra presbyteri visitatione liberatur. Tale aliquid vbiunque euenit, nouum aliquid præterdit. Vnusquisque fidelium non sibi timeat terrorem illum: se peccatorem ex corde cognoscat, & signo sanctæ crucis iugiter se muniens, omnem aduersariam potestatem prorsus excludat. Hostis incautos quosque sic illudit, & in se aliquid credentes ad vltimum decipit. Vbi desolatio tunc est, aut facinus subsequitur, vel aliqua mutatio, talis rei præcedit indicio. Quia nobis adhærere domino, & spem nostram ponere in eo, bonum est. Præoccupemus sanctam faciem eius assiduis precibus, ut siue aliquid nobis præsignetur, siue celetur, misericordissima pietate sua in nobis peccatoribus hoc compleatur. Non est admirandum, quod in his partibus tale ostendatur prodigium. Nam habitatores illi raro ad Ecclesiam venientes, de suorum visitatione custodum nil curant: domesticos colunt deos, multumque sibi prodesse eosdem sperantes, his immolant. Audiuimus de quodam baculo, in cuius summitate manus erat, vnum in se ferreum tenens circum, quod à pastore illius villæ, in quo is fuerat, per omnes domos has singulariter ductus, in primo introitu à portitore suo sic saluaretur: Vigila, Henni, vigila: sic enim rustica vocabatur lingua: & epulantes ibi delicatè de eiusdem se tueri custodia stulti autumabant, ignorantes illud Dauidicum: Simulacra gentium opera hominum &c. similes illis fiant facientes ea, & confidentes his. Quia verò commune rarum est utiq; admirandum, ac per sepe ut portenta stupendum, ideo quandam rem, quæ in nostris euenit temporibus, explano. Serenissimo rege Henrico dominante, ac Wigberto antecessore meo vigente in villa quadam, Roelitz dicta, quam à matrona venerabili Ida, nuru primi Ottonis, nostræ tradita Ecclesiæ, Gero præpositus in beneficium tenuit, sicut ab eo veraciter comperi, accidit in messu laboriosa, cum in vna dierum operarii eiusdem iam lassæ se voluissent reficere, panem primitus incisum sanguinem viderunt effundere, idque admirantes seniori suo, conciuibusque ostendunt, & ut reor, hoc prodigium futuri exitum belli, ac in eo multorum cruorem hominum præfigauit emanaturum. Alteram quoque rem, quamuis multo laudabiliorem, tamen mirabilem, memoriaque dignam describo. In arce Romulea, quæ omnium caput urbium, ob diuersarum qualitatè causarum, in vna Ecclesia, & in dextera parte altaris, ab vno pavimenti foramine per integrum diem, multis hoc cernentibus atque stupentibus, oleum emanauit. Huius partem Iohannes, Crescentii filius, in ampulla quadam Henrico seniori suo, & tunc regi nostro, transmisit, & quia oleum nunc pro misericordia ponitur, ut illud: Oleum de capite tuo non deficiet: nunc pro adulatione, ut hoc: Oleum peccatoris non impinguat caput meum: in hoc signo clementiam rectoris nostri abundantem, & illius patricii lasciuiam latentem perpendo. Namque is Apostolicæ sedis destructor, muneribus suis & promissionibus phaleratis regem à domino constitutum palam sæpe honorificauit, sed Imperatoriæ dignitatis fastigium hunc ascendere multum timuit, omnimodisque id prohibere clam tentauit. Quia sicut sanctus Gregorius asserit: Terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cœlestis aperitur. Rex etenim noster, quamuis homo esset, zelum domini habuit, & sanctarum violentas prædationes Ecclesiarum fortis armatus vindicauit, hancque benignitatem nisi cœlitus sibi præstitam, non habuit iste terrenus, & natura & actibus voragine cœnula traxit in prædã, quod multorum deuota manus ad aram Apostolorum pro peccatis congeffit in hostiam: qui cum non longè post obiret, duplici vltione, ut vereor, confunditur, & Domino Papæ securitas, regique nostro amplior potestas aperitur. Amplius progrediar disputando, regisque Russorum, Vlodomiri, actionem iniquam pro-

*Helena uxor.* stringendo. Hic à Græcia ducens vxorem Helenam nomine, tertio Ottoni despon-  
 satam, sed ei fraudulenta calliditate subtractam, Christianitatis sanctæ fidē eius hor-  
 tatu suscepit, quam iustis operibus non ornauit. Erat enim fornicator immensus &  
 crudelis, magnamque vim Danais mollibus ingessit. Hic tres habens filios, vni eorū  
 Bolizlauri Ducis, nostriq; persecutoris, filiam in matrimonium duxit, cum qua mis-  
 sus est à Polonis Reinbernus, præsul falsæ Cholbergiensis. Ille in pago Hassegun di-  
 cto natus, liberalique scientia à prudentibus magistris educatus, gradum Episcopa-  
 lem ascendit, vt spero dignus. Quantū autem in cura sibi commissa laborauerit idem,  
 non meæ sufficit scientiæ, nec etiam facundia. Fanā idolorum destruens incendit,  
 & mare demonibus cultum, immisissis quatuor lapidibus, sacro chrismate perunctis, 10  
 & aqua purgans benedicta, nouam domino omnipotenti propaginem in infructuo-  
 sa arbore, id est, in populo nimis insulso, sanctæ prædicationis plantationem eduxit.  
 Vigiliarum, & abstinentiæ & silentii assiduitate corpus suum affligens, cor ad specu-  
 lum diuinæ contemplationis infixit. Quem prædictus Rex audiēs, filium suimet hor-  
 tatus Bolizlauri tacito reluctaturum sibi, cepit cum eodem & vxore, & in singulari cu-  
 stodia claudit. In qua pater venerabilis, quod in aperto fieri non potuit, in secreto  
 studiosus in diuina laude peregit. Hic cum se lacrymis, assiduæque orationis ex cor-  
 de contrito prolata hostia, summo sacerdoti reconciliaret, ex arto corporis carcere  
 solutus, ad libertatem perennis gloriæ gaudens transit. Præfati regis nomine pote-  
 stas pacis iniustæ interpretatur: quia non illa, quam aut impii inuicem tenēt, vel habi- 10  
 tatores huius mundi possident, quæ semper nutat, pax vera dicitur, sed ille solus ea  
 specialiter utitur, qui omnem animi suimet motum cōponens, regnum Dei patien-  
 tiæ Vincentis angustia solatio pōmeretur. In cœlesti securitate sedens Episcopus il-  
 le, det viri minas iniusti, & castitate gemina potitur, ac fornicatoris illius vltices  
 flammæ speculatur: quia nostro doctore Paulo teste adulteros iudicat Deus. Boliz-  
 laurus autem hæc omnia comperiens, in quantum potuit vindicare nō desistit. Post  
 hæc Rex ille plenus dierum obiit, integritatem hereditatis suæ duobus relinquens fi-  
 liis, tertio adhuc in carcere posito: qui postea elapsus, coniuge ibidem relicta, ad fo-  
 cerum fugit. Rex prædictus habuit lumbare venereum, innatæ fragilitatis maius au-  
 gmentum: sed magister nostræ salutis Christus cum lumbos, luxuriæ nocentis abū- 30  
 dantia resectos, præcingi iuberet, nostros continētiam, & ne aliquid prouocamur,  
 innotuit. Et quia de lucerna ardente à prædicatoribus suis rex præfatus audiuit, pec-  
 cati maculam peracti assidua elemosynarum largitate detersit. Scriptum est enim:  
 Facite elemosynam, ac omnia sunt vobis munda. Hic cum iam decrepitate ætatis ef-  
 set, regnumque diu haberet prædictum, obiit, sepultus in Kiouia, ciuitate magna, &  
 in Ecclesia Christi martyris, & Papæ Clementis, iuxta prædictam coniugem suam,  
 sarcophagis eorundem, in medio templi palam stantibus. Cuius potestas inter filios  
 diuiditur, Christi que eloquium in omnib. affirmatur. Namque vereor id subsequi,  
 quod vox veritatis pronunciat compleri. Dicit enim: Omne regnum in se ipsum di-  
 uisam, desolabitur &c. Quam vt mutare in his partibus velit dominus sententiam, 40  
 omnis Christianitas oret. Quia nunc paululum declinaui, redeam, quæ in prædicto e-  
 uenerint anno, superius indiscussa succinctè aperies. Curtis pars maxima imperialis  
 in Palathi, & in Traiectensi ciuitate maior Ecclesia cum omnibus Ethelbaldi Præ-  
 sulis mansionibus, ac cum Ilburg Thiedrici Comitis vrbe, casu accidente, combusta.  
 Imperator autem ab Bauenberg discedens ad Wirziburg primò, deindeque ad Frā-  
 cofordi venit, ibidemq; natiuitatem dominicam festiuis peregit gaudiis. Sed ne hu-  
 ius nominis authoritas te lectorem amplius lateat, sicuti à credibilibus viris audiui,  
 sic annūciare cupio tibi. Regnate Carolo Imperatore Magno, Pipini regis filio, bel-  
 lum fuit inter suos & prædecessores nostros, in quo certamine Franci à nostris deu-  
 cti, cum flumen, Mœnus dictum, sine aliqua vadi certitudine palantes transire coge- 50  
 rentur, ceruam præcedentem, & diuina miseratione, quasi viam eis demonstrantem,  
 subsequuti, optati litoris securitate potiuntur læti. In loco hic Francorum dictus  
 vadum. In illa expeditione prædictus Cæsar cum se iam ab hostibus superatum esse  
 cognosceret, præcessit talia fatus: Carius mihi, vt populi exprobrates dicant, me hinc  
 fugisse, quam hinc cecidisse: quia dum viuo iniuriæ pondus illatæ vindicaturum me  
 spero.

*Filii Vludo-  
 miri  
 Reinbernus  
 Episcopus*

*Filius Vludo-  
 miri cum con-  
 iuge custodia  
 traditus.*

*Vladomiri  
 mors.  
 Filii captiui  
 fuga.*

*Kiouia*

*Ilburg incen-  
 dio perit.*

*De Carolo  
 Magno &  
 Francofurto  
 ad Renum  
 oppido.*

*Vox Carolo  
 indigna.*

spero. Anno dominicæ incarnationis DCCC. prædictus Cæsar Carolus ad suæ virtutis & bonæ operationis deurationem in vna die VIII. Episcopatus in Saxonia, Christo subdita, dispositis singularibus parochiis, constituit. Quatuor naues Venetorum magnæ, diuersisque pigmentis refertæ, naufragium sunt in prædicto anno perpeffa, & vt prædixi, in occiduis partibus, rarò antea quiescentibus, pacifica, domino gratias, manebant cuncta. Et Ekkihardus confrater meus, sancti Ioannis Baptista Monachus in Magdaburg, paralytico depressus morbo, loquelam perdidit. I. Bauariorum confinio atque Mararenfium quidam peregrinus, nomine Colomannus, ab incolis, quia speculator esset, capitur, & ad professionem culpæ, quam non meruit, diris castigationibus compellitur. Ille cum se nimis excusaret, pauperemque Christi se sic vagari affirmaret, in arbore diu arida innocens suspensus est. Nam caro eius à quodam postea paululum incisa sanguinem fudit, vngues ac capilli crescebant. Ipsa quoque arbor floruit, & hunc Christi martyrem esse monstrauit. Hæc Marchio Henricus vt comperit, corpus eiusdem in Mezelecun sepeliuit.

Vno die 8. Episcopatus in Saxonia conditi.

S. Colomannus pro speculatore occisus.

LIBER VLT. DE HENRICO IMP. II.

ANNO dominicæ incarnationis millesimo XVIII. indictione II. anno autem domini Henrici Imp. August. XVI. imperii autem IIII. circuncisio domini & Theophania in prædicta ciuitate ab eodem venerabiliter colebatur, posteaque iussu suo, & assidua Bolizlaur Ducis supplicatione, in quadam vrbe Budissin dicta à Gerone & Arnulpho Episcopis, & à comitibus Herimanno atque Thiedrico & Friderico suimet camerario pax sacramentis firmata est III. Cal. Februarii, non vt decuit, sed sicut tunc fieri potuit, electisque obsidibus acceptis, præfati seniores reuersi sunt. Transactis autem quatuor diebus, Oda, Ekkihardi Marchionis filia, à Bolizlaur diu iam desiderata, & per filiū suimet Ottonem tunc vocata, Zizam venit: & quia tunc nox erat, multis luminaribus incensis, ab immensa ytriusque sexus multitudine suscepta est, ac nupsit duci prædicto post septuagesimam absq; canonica auctoritate, quæ viuebat hæctenus sine matronali consuetudine, admodum digna tãto fœdere. In huius sponsi regno sunt multæ consuetudines variæ, & quamuis diræ, tamen sunt interdum laudabiles. Populus enim suus more bouis est pascendus, & tardi ritu animi castigandus, & sine pœna graui non potest cum salute Principis tractari. Si quis in hoc alienis abuti vxoribus, vel fornicari præsumit, hanc vindictæ subsequens pœnã protinus sentit. In pontem mercati is ductus per follem testiculi clauo affigitur, & nauacula propè posita, his moriendi siue de his absoluendi dura electio sibi datur. Et quicumque post septuagesimam carnem manducasse inuenitur, abscissis dentibus grauius punitur. Lex namque diuina, in his regionib. nouiter exorta, potestate tali melius quàm ieiunio, ab Episcopis instituto, corroboratur. Sunt etiam ibi mores alii, his multo inferiores, qui nec domino placent, nec indigenis nil nisi ad terrorẽ profert, quos in superioribus ex quadam parte comprehendì. Nec opus esse autumo, de Boleslaur amplius disserere, cuius nomen & conuersatio, si Dominus omnipotens veller, fatius nobis lateret. Omne hoc quòd pater suus & iste nobis in coniugio ac familiaritate magna copulati sunt, plus damni subsequens, quàm boni præcedentis, attulit, ac in futuro infert: quia etsi pace simulata nos ad tempus diligat, tamen per secretas tentationum varietates nos à charitate mutua, à libertate innata, deducere, & si quãdo tempus ei ac locus contingit, in perniciem apertam assurgere non desistit. In tempore patris sui, cum is gentilis esset, vnaquæque mulier post viam exequias sui igne cremati, decollata subsequitur: & si meretrix inueniebatur, in genitali suo turpi et miserabili pœna circuncidebatur, idque, si sic dici licet, præputiū in foribus suspenditur, vt intrantis oculus in hoc offendens, & futuris rebus eo magis sollicitus esset & prudens. Lex dominica huiusmodi præcepit lapidari, & parentum nostrimet carnalium institutio tales hortatur decollari. Apud modernos autem, quia libertas peccandi plus iusto atque solito vbique dominatur, plus quàm compressa ancillarum multitudo, quædam pars matronarum, cupidine venerea pruritu noxio subscalpente, ma-

Anno 1018.

Pacificatio in dissinensis cum Boleslaur.

Boleslaur nuptia cum Oda.

Polonos boues comparas.

Pœna adulterii.

Pœna violati ieiunii.

Boleslaur per follis.

Funerum crudelitas.

Adulterium pœna.

In sui seculi mores.

rito viuente nūc mœchatur, & in hoc eis non sufficit, sed hunc per adulterum morti, furtiua conspiatione, tradit, & post hæc, malum cæteris exemplum, eodem post publicè sumpto, proh dolor, potestatiuè abutitur. Legalis earundem senior abominabilis repudiatur, & miles eiusdem ab his, vt Abo \* dulcis & Iason mitis, præponitur. Hoc quia nunc pœna grauis non vlciscitur, de die in diem pro consuetudine noua, vt vereor, à multis excolitur. O vos sacerdotes domini viriliter assurgite, & hanc nuper exortam filicem, nulla re id impediende, sapius acuto vomere radicitus extirpate. Vos quoque laici nolite talibus auxiliari: liceat Christo coniugatis innocenter viuere, erutisque supplantatoribus his indeficienti pudore in perpetuum gemere. Destruat illos adiutor noster Christus potenti spiritus sancti oris sui, nisi resipiscant, & dispergat magna illustratione secundi aduentus sui. Et nunc de his ista dixisse mihi sufficiat: quia de præfati Ducis infortunio res quædam narranda restat. Habuit hic quandam urbem in confinio regni suimet & Vngariorum sitam, cuius erat custos Prociui senior, auunculus regis Pannonici, à suis sedibus ab eodem antea expulsus. Qui cum vxorem suam à captiuitate non posset absoluere, gratuito nepotis sui, quæuis inimici, suscepit eam ex munere. Nunquam audiui aliquem, qui tantum parceret victis, & ob hoc in ciuitate superius memorata sicut in cæteris sedulum, Deus eidem cõcessit victoriam. Huius pater erat Deius nomine, admodum crudelis, & multos ob subitum furorem suum occidens. Qui cum Christianus efficeretur, ad corroborandam hanc fidem contra reluctantes subditos, sæuum & antiquum facinus, zelo domini exæstuans, abluat. Hic domino omnipotenti, variisque Deorum illusionibus immolans, cum ab Anrithite suo ob hoc accusaretur, diuitem se & ad hæc faciendam satis potentem affirmauit. Vxor autem eius Beleknegini, id est, pulchra domina, Sclauonicè dicta, supra modum bibebat, & in equo, more militis, iter agens, quædam virum iracundiæ nimio feruore occidit. Manus hæc polluta fusum melius tangeret, & mentem vesanam patientia refrenaret. In illo tempore Luitici malo semper vnanimes Mistizlaum Seniore, sibi in priori anno ad expeditionem Imperatoriam nil auxiliantem, turmatim petunt, plurimamque regni suimet partem deuastantes, vxorem suam & nurum effugare, ac semetipsum intra Zuarinæ ciuitatis munitionem cum militibus electis colligere cogunt. Deindeque male sua sui met calliditate per indigenas, Christo seniorique proprio rebelles, à paterna hereditate vix euadere hunc compellunt. Hinc abominabilis præsumptio fit mense Februar. quia gentilibus lustratione, & muneris debiti exhibitione venerandus, ab infernali domino Plutone, qui Februus dicitur, hoc nomen accepit. Tunc omnes Ecclesiæ ad honorem & famulatum Christi in his partibus erectæ, incēdiis & destructionibus aliis cecidere, cultus idolorum domino præpositus erigitur, & mens populi istius, qui Abotriti & Wari vocantur, vt cor Pharaonis, ad hæc induratur: libertatem sibi more Luiticio nota fraude vendicabāt, sed ceruicem suam suauis iugo Christi excusam oneroso Diabolicæ dominationis ponderi sua sponte subdiderant, meliori prius patre ac nobiliori domino in omnibus vsu. Hanc debilitatē suam membra Christi desleant, & hoc capiti conquerantur suo, assidua voce mentis hæc in melius mutari poscentes, & ex parte sua in quantum fieri possit, hæc perdurare non patietes. Bernhardus confrater Parthenopolitanus, & à potestate istius gentis tunc Episcopus, id vt primò comperit, non secularis suimet damni, sed potius spiritualis immenso dolore commotus, Imperatori nostro id nunciare non desistit. Hac legatione audita Cæsar grauitè suspirat, sed de talibus respondere ad Pascha differt, vt cum prudētis consilio hoc annulletur, quod infausta conspiratione conglutinatur. Hoc votum, & salutare secretum, Deus omnipotens secundet. Nullius fidelis cor ob hanc infelicitatem in aliquam desperationem veniat, vel diem iudicii appropinquare dicat, quia secundum veridici admonitionem Pauli ante diffensionem & antichristi execrabilem aduentum non debet è talibus aliquis oriri sermo, nec inter Christicolos subita venire commotio, cum eorundem vnanimitas esse debeat in summis stabilitas. Nutet in quantum velit mortalis diuersitas, & morum eiusdem multiformis inæqualitas. Omnis homo flos agri debet à matre Ecclesia prius renasci in innocētiam saluatoris Christi, & tunc timenda improuisa importunitas, cum vbique nunciatur pax firma

&amp; tran-

*Prociui.**Vngarici Regis in vltimos clementia. Deius.**Beleknegini.**Mistizlaum Seniore. Mistizlaum Seniore. Princeps.**Suarina opp.**Abotriti in libertatem se vindicant.**Bernhardus Episc.**Dies nouissimus.*

& trāquillitas. Et ppter hoc semper admonemur, vt simus solliciti ac peruigiles, cū non valemus esse certi de futuris, ac in nostra fragilitate durabiles. Nemo vltimę diei aduētum aut venire diffidat, aut celeriter contingere exoptet: quia timendus est iustis, ac multo magis corrigibilibus cunctis. Iam declinam ab his, & loquar Imperatoris nostri prosperitatem nuper sibi exortam. Auunculus namque suus, Burgundionum Rex Rodolphus, coronā suimet & sceptrum cum vxore sua & priuignis & cō-

10 Otto & vxor eius Irmingerd, consanguinitate proxima iniustē diu coniuncti, ob inobediētiā continuę vocationis excommunicati sunt: Cooperatores verō eorum ab Episcopis vocantur ad satisfactionem. In illo tempore Mediolanēsis Archiepiscopus obiit, & p̄positus eiusdem Ecclesię Hiribertus successit. In Anglia viginti nauium habitatores piratę, à rege eorum Suenni regis filio, Deo gratias, occisi sunt, & qui prius cum patre huius erat inuolator, & assiduus destructor prouincię, nūc solus sedit defensor, vt in Libycis Basiliscus arenis cultore vacuis. In hac quadragesima, & in Episcopatu meo quidam fratrem suum, pro dolor, occidit. Imperator autem in prædicto loco palmas & sanctum Pascha celebrauit: quia Baldricum de nece Wigmanni Comitis nil excusantem legitimē cum suis conspiratoribus recalcitrare comperit. Wolckmarus Abbas Fuldenis & Larsemenis obiit. In diebus illis Sol ante suimet occasum nonnullis dimidijs prodigiōse apparuit. Interim dum fama velox aliquid noui ad scribendum deferat, mihi hominum vitam piorum, quam ego culpabilis & obliuiosus nimis superius dicendam præterii, explanare nunc ardeo. In temporibus regis Henrici fuit quædam solitaria, Sisu vocata, in loco Thrubizi dicto, immensę pietatis, ac pro hoc mihi ineffabilis. Quę iam adulta cū à quodam despō-

20 faretur tempore maximi Ottonis, ad Christum, quem in primis fidei speciale signaculum in corde præ omnibus infixit, concito cursu properauit, ac in prædictę secreto ciuitatis annos sexaginta quatuor cœlesti spōse virginem castam conatur offerre, ac immaculatam se plus quàm fragilitas humana permisit, custodire studuit. In tanto namque spacio nunquam foco durum frigus resoluebat aliquo, sed hoc maximum eidem erat temperamentum, quod lapide paululum calido pedes vel manus penētunc deficientes resocillaret. Hęc assidui orationibus & intermixtis fletibus cellam suimet interius ornauit, exterius aut populo confluenti crebra institutione & necessaria consolatione multum profuit. Quicquid illa de oblatione populi continua suscepit, sibi subtrahens, Christi que pauperibus largiter impertiēs, peccata offerentium redemit. Pia fuit hęc matri meę, & memoriam sui firmiter promisit proli subsequiturę. In agone huius titubantis seculi hęc contendens ab illicitis omnibus abstinuit, non pro recipienda corruptibili gloria, sed pro florigera cœlestis brauii corona, quam xlii. Cal. Martii promeruit diuinitus indui. In nocte illa qua Christ-

40 mabilis lampas stelliferum locata est in axem, dormiui peccator in dormitorio Magdeburg, & testis mihi sit Deus, quia non mēior. Vidi per somnium ante matutinā, quod duo pueri de antiquo, quod adhuc ibidem stabat, æratio procederent cantantes antiphonam hanc: Martinus Abrahę sinu latus recipitur, &c. & hoc tunc fratribus nunciaui meis, Pro certo, inquiens, scitote, quod anima domino caesa de hac luce est nunc separata. Post dies vi. intimatum est nobis, quod, sicut visum est mihi, verē domini famula trāsiret è carcere carnis. Confratris mei memoriam Bernarii modo aggrediar, qui familiaritate sua, mihi exhibita, apud me caritatem bonam, & si aliquatenus ei profuisset, mētionem promeruisset sedulam. Hic carnis propinquitate consanguineus, & quod nunc est maximum, amicitia fuit mihi coniunctus. Tertio Ottoni valde charus fuit, quia sibi & amitę eius venerabili Matildi fideliter Abbas seruiabat: quicquid in Salbezi villa in beneficium habuit, in prædium ab his acquisiuit. Athelberto Archiantistiti, suisque successoribus vsque in dominum Geronem seruiuit, & apud eisdem dignam retributionem suscepit. Tandem infirmitate grauatur, & Deo omnipotenti, quem semper præ omnibus amauit, coniungitur. In cuius amore, & venerando honore, Ecclesiam in acquisita proprietate prædicta cō-

Rudolfus,  
Rex Burgun-  
dia.

Synodus Ne-  
omagensis.

Sueno Rex  
Anglorum.

Monacha  
Thrubicēsis.

Bernarius E-  
piscopus.



struxit, & hanc ad benedicendam me indignum vocavit. Ante cuius consecrationē  
 volumen longum, facie nobis suis inscriptum, ac prius cæteris confessoribus suis o-  
 stensum, mihi aperuit, & coram me gemens legit, & à me supplex indulgentiam po-  
 stulavit. Hanc epistola sumpsi, & absolutionem commissi diuina potestate huic fe-  
 ci, cumq; eodē die, id est xvi. Cal. April. quia tunc erat annua dies sui patris, prædictā  
 consecratem Ecclesiam, supra pyxidem reliquiis sanctorum refertam, prænomina-  
 tum posui breuiarium, vt eorum assiduo interuentu, vera flebiliter confitēti remis-  
 sio fieret, & diu optata abolitio. Hoc nunquam vidi aliquem fecisse, aut audiui, sed  
 quia infirmitatem meam huic nil prodesse timui, ad sanctos intercessores confugi.  
 Post hæc vixit pater venerabilis tredecim hebdomadas, xvi. Cal. Iunii exoptans re- 10  
 solui. Insuper pater Abbatis Alfkeri quandam actionem egregiam in exemplum imi-  
 tabile profero. Hic præter ceteras virtutes suas hoc in vsu habuit, quod nomen suū  
 super altare quodlibet scripsit, & dum ipse missam caneret, in tantum fleuit, vt ma-  
 xima corporalis pars humeretaretur, nil hæsitans, quod sic scriptum est: Lacrymę pro  
 peccatis corde tenus effusa, diuinam non modo poscunt veniam, sed etiam impe-  
 trant: & vt ego liberius cæleste suffugium implorare sibi voluisset, cunctis debitori-  
 bus suis misericors fuit. Heu mihi indigno sacerdoti, qui prædictos fratres in nullo  
 vnquam assequutus fui: bonorum exempla multorum legi ac sæpe vidi, sed me-  
 ti meæ hæc non appolui: tentationibus vanis, quibus resistere debui, voluntarię, ac  
 non fortiter reluctando, succubui: quibus prodesse debui, proh dolor, plus nocui, & 20  
 vt optimi arcanum thesauri crimen meum semper celauit. Non est opus, lector, vel  
 mihi care successor, vt varii fauore vulgi de mea proficuitate credas, sed assiduo ora-  
 tionis ac elemosynarum medicamine mihi diu foetenti succurrens, de faucibus vor-  
 racis lupi me dilaniatum eripias. Ego conscius mihi multo credibilia tibi quam a-  
 lius indico. Sunt namque nonnulli, quos leniter iniuste tractati. Cumque hi pro me-  
 ritis à te corripuntur, quid mirum, si ex mea parte aliquid fraudulenter sonant? Sis  
 inter detractores meos ac laudatores varios medius, & apud dominum suffragator  
 assiduus. Scio quod sicut mos communis est, multum tibi ex me displicet, quod vt in  
 melius vertatur, Deo & hominibus placet. Quicquid in permissio contraxi vel feci  
 temporę, scriptis affirmavi. Nec sis magni honoris tui elatior, cum sis in imposito 30  
 pondere eo grauior. Rem commissi gregis cautus operator inspicias, & vt diuina se-  
 cularibus à te præponantur, multum studeas. Quæ cõfratribus dedi meis spiritali-  
 bus, in quantum possis, auge, ac sub Christi testimonio rogatus nil minue. Hi sunt co-  
 operatori sacri ordinis tui, & future adiutores spei. De laicis huc atque illic tituba-  
 re, ac transferri valentibus, pro possibilitate tua rogo in tantum sis sollicitus, vt nõ dis-  
 perdat clerus. Si diligenter tua custodis, Deum hominesque pios fautores habe-  
 bis: sin autem, & subditos tibi perdis, & contrarietatem in hoc præsentem ac futu-  
 ram contrahis. Audi me magistrum, nimis indisciplinatum, & absque vtili exemplo  
 antecessorem tuum: libenter sustineas paupertatem vitę, vt grex tuus diues fiat per  
 te: sic fecit Christus nobis, vt ita faceremus ouib. suis. Noli erubescere de hac coram 40  
 populo, vt fiducialiter stare possis coram Deo. Satis ingenuus erga hunc mundū fui:  
 sed sæpe propter meos, his, quibus ignotus eram, despectus apparui. Si quis nititur  
 exaltari supra se turpi casu, ac serò dolenti, cadit infra se. Diuites tuos cum honore,  
 pauperes autem cum gratia tracta, & bona charitate. Antiquum enim affirmat pro-  
 uerbum, quod hæc cum magna semper incedat multitudine. Tuam pauperem fami-  
 liam à summo pastore tibi commissam, & à me vix congregatam custodi, & iniquis  
 susurronibus, de hoc malè persuadentibus, piam non accomodes aurem. Tua res  
 est parua, & vice maiorum nequaquam tractanda, ac multo satius est paulatim cre-  
 scendo de die in diem ascendere, quam cum damno multorum te ad vltimum defice-  
 re. Tempora hæc prioribus cunctis inferiora plus demunt quam alicui addunt. Cul- 50  
 pagraui & paupertate dira innatus honor & datus vilescit. Nõ rogo te, vt sis parcus,  
 quia dedecus est: sed hoc ingenio, ne nimium largus, quia hoc nec cõsiliū est, nec  
 bene cõuenit. Cures etiam de peregrini anima Godeberti, multum nostrę vtilis Ec-  
 clesię, & de cæteris quàm pluribus. Habes satis de libris, quos hinc ab antecessoribus  
 nostris collectos inueni, & insuper quos contraxi. In his magisterium salubre repe-  
 ries, ac

Alfker.

Ditmaricom-  
platio  
sui accusatio.Ad summ suc-  
cessorem ex-  
hortatio.Præcepta mo-  
rum in Epi-  
scopo.Episcopi liti-  
gati diligē-  
tes.

ries, ac hos exaudi, & tunc potes saluari. Sanctorum reliquias, & munda eorundem receptacula, cum aliis vtilitatibus plurimis, tam in p̄diciis, quam in m̄cipiis, ego acquisiui, & ne te forsitan laterent, martyrologio inscripsi meo. Oportet autem tuam scire pietatem, regis nostri & Imperatoris Henrici multiformem beneuolentiam, Ecclesie exhibitam nostrae, de qua partem quandam superius comprehendi, maiorem verò quia indiscussam reliqui, nunc scribere tibi optimū duxi. Vide ut in assidua recordatione tua sit renouator & indeficiens auxiliator nostri, ut tēporib. illis, in quibus deest hęc spes miseris & Ecclesie Merseburgensi. Nunc est maximè orandum, cui tunc erat maximè plorandum. Hęc etenim quae sequuntur ab eo percepit, & eo viuente multo his maiori gratuita augmentatione gaudebit. Iam enim disposuit in alta mente sua, qualiter eam subleuet dote varia. De antecedenti nunc dico, & perfectionem subsequaturā omnipotenti Deo, cui cuncta sunt praesentia, supplex committo. Et quia tempus non est, singulariter enarrare, quae praecipis eiusdem confirmata poteris videre: hęc sola assigno, quae auctoritate carentia in posterum forsitan peritura timeo: sanctae ac victoriosissimae crucis partem cum ceteris sanctorum reliquiis, & altare aureum, gemmis honorificè distinctum, & pyxidem auream, lapidib. preciosis ornatam, collectariumque cum impensis propriis, & etiam nostris decoratum cum duobus thuribus ac argenteo bicario larga manu Caesar nostrae dedit Ecclesiae, quod à nobis non modò est obseruatum, verum etiam augmentandum. Sed quia de melliflua eiusdem pietate satis dicere nequaquam sufficio, de sua conuersatione, sicut proposui, ordinatim explicare studiosus anheo.

10  
20  
30  
40  
50

Is t̄e annus, quo hunc attitulaui librum natiuitatis meae quadragesimus, vel paulo amplius in mense verò April. & v. Cal. Maii, decimus ordinationis meae introiuit annus, & quia humana res omnis semper in dubio est, libet euomere antidotum illud periculolum, quod miser dudum absorbui, & nimis mihi haecenus id nocere persensui. In quadam curte mea Heslinge vocata, nocte una cum requiescerem, per somnum vidi turbam altare magnam, tunc de apposita mihi testa aliquid m̄ducare cogentem: Et ego hos persentens esse inimicos, primitus contempsi, ad vltimū verò in nomine Dei patris me istud praecipere, respondi. Quod cum eis multum displiceret, & hęc inuisa congregatio id aliter fieri non posse videret, quasi gemens laudabat, quia me prorsus perdere conueniebat: & nisi tunc dominicum nomen inuocarem, sine perpetua salute manerem. Ex hac perceptione, ut mihi visum est, omnigenarum specie herbarum\* pessimarum varietates cōgregationum sumpsi, quae etsi me in diuina laudibus maximè turbant, tamen auxilio diuino, quod his praeposui, ad opus infaustum tarò aut nunquam me perduxerunt. Sufficit autem illi quae eorū voluntati, quòd aliquam putant in me portionem habere. Sic enim alio tempore iterum me signatum e minus hi nullantes: Custodisti te, inquit, bene, & ego, me ita sperare, respondi, & subsequuntur, Sed non sic erit in fine. Illorum minas nec timeo, nec blanditiis credo, quia hęc cū auctoribus, uis, vanitas est. Veraciter id scio, quòd talis phantasia, quamuis corporaliter appareat, per se hominibus nō noceat, sed cum peccando faciem diuinam à nobis auertimus, illorum vesanas manus nemini parcētes miseri incidimus, & ab his protinus absolui mur, cum aut ipsi cōuertimur, vel ab electis Dei visitatione crebra fouemur. Si quis verò compos sui meditat in lege Dei, non hic à talibus appetitur, sed potius timetur, non à se, sed ex eius, quem is diligit, sancta potestate: quia custos est Deus omnium semet ex toto corde semper amātium. Ego peccator, & fragilitatis meae per omnia conscius, quia summis consolationibus non innitor, quid mirum si ab infimis quator. Et hęc idcirco duxi, ut tu lector mortalitate ac innata humanitate mihi cōsimilis, in hoc consensu me grauius peccasse scias, & adminiculis indeficientibus succurras. Heu mihi misero qui in hoc seculo multos spiritualiter adiuuare debui, nec his prosum, nec me tueri possum. Vnde autem praedicta tentatio mihi euenerit, fidelibus tuis auribus infundo. Multis hominibus à praedictorum vexatione hostiū laborantibus, subuenire studui, & propter hoc ad insidiandū mihi eosdem accendi vehemēter, quamuis in malum proni sint semper. Spero autem in Deū omnipotētem, ut non ad consumendū me his tradat, sed post purgationem diram clementer eripiat. Mense praedicto & xviii. Cal.

Ad rem.  
Wacelebnum.

Maii Gero Archiepiscopus & Bernhardus Marchio in Wanclaua reconciliati sunt: & Luitherdus pater obiit. Godefridus quoque Dux & Gerhardus Comes imperatoria potestate pacificati sunt. Berthold autem Munnae ciuitatis inualor imperatorie potestati sponte sua cum suis fautoribus traditur, & eadem multorum poena protinus concrematur. Et faciat dominus Rex pacificus vt nunquam hæc amplius eleuetur. Quam bene esset, vt habitatores regni illius semper vnanimis in malo ad expletionem eius non haberent munimentum in aliquo: nunc autem sunt pro dolor, hominum situs locorum, vt exposcunt mētes indigenarum. Imperator verò post longam

Lampertus  
Constantien-  
sis Episc.  
Rotherdus  
Lamperti suc-  
cessor.

inhabitationem Neumagen discedens, solennes Rogationum dies in Aquisgrani studiosè celebrat: quibus transfactis, Lampertus, sanctæ Constantiensis Ecclesiæ Episcopus xvii. Cal. Iunii obiit. Hoc Cæsar, cum Pētecosten in Ingelheim summo peregrinasset, comperiens, Rotherdum, suimet Capellanum, præfatæ sedi præfecit: quibus expletis, fit magna in Bergilun\* Principum confluentia, vt ibi corrigeretur per iudicia, quod diu vitiatum est populi istius negligētia, & temeritate magna. Post hæc Otto, Comes prædictus, in præsentiam Imperatoris & Erkanbaldi Archipræf-

Otto Comes.  
Baldericus.

Henrici Au-  
striaci mors.

lis supplex veniens, iniustam vxorē suam tribus sacramentis amisit. Baldericus reconciliatur, & promissio diuina obliuiscitur. Et transfactis diebus paucis, Henricus, qui Marcham inter Vngarios & Bauarios positam tenuit, vii. Cal. fortis armatus obiit. Interea Cæsar ad Basulensem veniens ciuitatem, exercitu collecto in Burgundiam properat. Imperatrix autem ad dilectam sibi Capungam veniens, monachi-

Henricus Ba-  
narius.

Athelbertus  
hybrida.

gam ibi vitam ordinauit, indeque per orientalem Franciam profecta, Bauariam petiit, fratremque suum, Ducem Hēricum, Ratisponæ inthronizauit. Mense Iunio inæqualitas aëris hominibus multis, eorumque vtilitatib. diuersis admodum nocuit. Eadem tempestate Ecclesia, mihi indigno commissa, multum, mea id exigēte culpa, sustinuit damnum. Namque misericors & patiens Deus noluit amplius inultum relinqui, quod crebra sui castigatione nequiuit prohiberi, percutiens eam in mansuetudine & non in furoris sui digna retributione: ministros vtilis sibi hæc perdidit, & facinus meum cotidie ingemiscit. In prædicto iterum mense dedecus magnum eidem ac mihi illatum est ab Hybrida Athelberto, qui curtem meam inuadere, eamq;

Guntherus  
Marchio.

Hermannus  
& Eccardus  
fratres.

Eccardus in-  
uenis.

frangere, seruili collectione præsumpsit. Quid verò hos ad hæc agenda inflammauerit, veraciter explicabo. Secūdi Ottonis larga benignitas, cunctis pleniter arridens, quædam forestum inter Salam & Milam fluuios, & Siuiliac Plisni pagos iacētem, nostræ concessit Ecclesiæ, temporibus Gisleri Antistitis & Guntheri Marchionis. Post lugubrem verò nostræ ledis destructionem, regnante tūc tertio Ottone, Ekkihardus Marchio forestum ad locum Sumeringi dictum acquisiuit, & cum eodē nostrum commutauit. Renouator autem nostræ tunc dignitatis Rex Henricus cum maxima parte appertinentium, præsentibus cūctis optimatibus suis, & confratribus his Herimanno & Ekkihardo, id defendere non valētibus, iudiciaria lege hunc restituit. Cumq; hic in nostræ dominio Ecclesiæ plus quàm duodecim annos staret, & hūc Herimannus Comes lxx. mansis redimere ex mea potestate nullatenus valuisset, visum ei, vt eum sibi & confratri super duorum proprietatem burgwardorū Rochlitz, ac \* Imperatoris vindicarent præceptis, sperans, antiquiorem nostram confirmationem diu esse abolitam. Quod cum mihi is aperiret, id nil proficere sensit. Namque in Magdaburg & in præsentia Imperatoris nostri, præcepta vtriusque ostenduntur, & munera nostrimet in omnibus priora esse conuincuntur. Tandem prædictus Comes præsentē suimet fratre, ac id audiente, hæc fatur: Quicquid hæcenus in his fecimus, non ob temeritatem aliquam, sed quam habuisse sperauimus iustitiam: nunc autem id omittamus. Non longè post Ekkihardus iuuenis, ac ideo immaturus, in Burgwardo suimet Rochelizi dicto arduas munitiones ad capiendas ibidēferas instinctu Bolizlauri militis sui parat. Hoc ego postea comperiens, patienter tuli, & ne sic agere vellet, per internūcium meimet postulauit. Herimanno quoque fratri suo hæc citò questus, nil in his omnibus profeci, sicque stetit vsque post Pascha. Et quia tunc aëris serenitas, & viæ opportunitas conueniebant, & in has Episcopatus mei partes nunquam veni, placuit mihi illuc pergere, hæcenusque ignota diligenter inquirere. Mense Maio vi. Non. eiusdem, ac vi. feria ad Thorun veni, ibidemque populum

pulum confluentem confirmaui. Dehinc cum in ipso itinere prædictum opus laqueis & retibus magnis firmatum viderem, obstupui, ac quid inde facerem, cogitavi. Tandem quia hæc instrumeta nullatenus mecum vehere potui, ex his partem incidi pro-  
 tinus iussi, rectoque itinere ad Rochelitz tendens, pauco illic confirmavi, & decima-  
 tionem iniuste mihi abstractam, & forestum banno omnib. interdicens, hæc nostræ  
 assignavi Ecclesiæ, facta pace. Tunc redii ad curtem supra memoratam, ibidemque  
 VII. dies cum manerem, audiui, quod milites Ekkihardi meis minaretur sociis. Ibi  
 tunc Cæcellarius pernoctauit mecum, & à me hæc comperiens, bene respodit. Post-  
 ea congregationes multæ, mihi ad nocendum, à prædictis satellitibus factæ, à nostris  
 10 custodibus ad tempus bonum præoccupatæ sunt. Interim nuncium meimet ad Im-  
 peratorem Magontiam misi, pacemque eius supplex petii: quam cum Ekkihardus  
 ex sua parte promitteret, & frater suus diu à me desideratus à Polenia veniens, exte-  
 ra manu sua pacifica promitteret, vterque hanc non bene seruauit. Namque homi-  
 nes sex flagellati, ac depilati, cum ædificiis turpiter mutatis, approbant, qualiter tã-  
 ti seniores ab aliis præcaueri debeant. Satellites eorum more solito in me non modò  
 exarsere, verum etiam aliis melioribus nocere. Archiepiscopum etenim Geronem  
 in Wirbini, & Sifridum Comitem in Nefici petierunt, & in quatum eis placuit, ab-  
 tulerunt. Superbia seruorum instigat furorem satellitum, & quia his sufficit, æqua-  
 les sibi alios in his partibus esse non permittit. Si aliquis vicinus non sponte sua erga  
 eos ex improviso delinquit, non est eis emendatio condigna acceptabilis, & post re-  
 20 compensatio inuincibilis. Et per hoc flagellum vicini grauius concutiuntur, vt  
 contra se alii, siue rectum habeant siue non, nequaquam eleuentur. Episcopatus in  
 his partibus constituti ab eorum potentia sunt nimium depressi, & nos eorum pro-  
 curatores, si contra dominum & iustitiam eius voluntati eorum in cunctis satis faci-  
 mus, honorè & aliquam vtilitatem habemus: sin autem, contemnimur, & sic vt no-  
 bis nullus aut regnet aut imperet dominus, depre damur. Nouus cornupeta antiquam  
 legem bonamque consuetudinem hætenus florentem iam dirumpit, seque cæteris  
 elatiorem esse valenter ostendit, qui cœlitus non modo deprimatur, in imis insolentia in-  
 tolerabilis solidatur. Dauidicam is ignorat sententiam, eundem sic dulciter admo-  
 nentem: Nolite extollere in altum cornu vestrum &c. Orat pro talibus: dem Psal-  
 30 mista sanctus: Auferes spiritum eorum domine, & deficient, & in puluerem suum  
 reuertentur, & emittes spiritum tuum, & creabuntur, & reliqua. Multum indiget me-  
 moria, qui nullatenus cognoscit se, cum is qui se iugiter considerat, sine fame bo-  
 no nil valeat. Ergo peccatores quique respiscant, & vt se custodiant, pauperibus mi-  
 fereantur, summopere studeant. Ego in flagitiis miser & in facultatibus pauper, qua-  
 uis in vtroque eiusdem ordinis viros præcellam cunctos, tamen contumeliam supe-  
 rius memoratam non solus patior: sino illos, de coëpiscopis in diuersa huius mundi  
 parte constitutis, ineffabileque detrimentum perpeffis, nil ad hæc exemplaria intro-  
 duco: quia absque omni honore, sola benedictione excepta, eos esse grauius inge-  
 40 misco, & de his duntaxat disputare mihi nunc tempus est, qui apud modernos à cõ-  
 ciuibus suis similem vel, proh dolor, deteriorem subiere vindictam. Bernhardus san-  
 ctæ Hillinessemensis Ecclesiæ venerabilis pastor, in tantum à Brunone est exosus Co-  
 mite, vt militem suum Simri nomine videret crine & tergo deprauatum, postque e-  
 undem secum iterantem ab Altmanno iuvene interfectum iacere. Suitgerus autem  
 alma Mirmingerdensis Ecclesiæ Antistes egregius, in sua curte à quodam tyrone in-  
 genuo appetitur, & villici suimet cruore coram se occisi maculatur. Quod tales per-  
 sonæ vnquam promerere? hi patres ambo pii fuerunt, & tamen dedecus hoc im-  
 meriti pertulerunt. Sed quia in superioribus de Suitgero Præsule nil sum, id peste le-  
 thargica impediante, loquutus, nunc hoc emédare congruum est. Hic Saxonia ge-  
 nitus, & in Halberstidi ac in Magdaburg à puero educatus, à tertio Ottone ciuitati  
 50 prædictæ præpositus est: quam cum omni diligentia rexisset, diuino munere fultus,  
 polluit in diuersis virtutibus. E quibus duas tantum res profero, quas testimoniis ve-  
 racibus aptobare valeo. Camerarius suimet cum pileum quendam furtiuè subtra-  
 ctum celare voluisset, diligenterque à pio seniore rogatus, nil profiteretur, cultellum  
 super mensa positum, & ex animo benedictum, sumere conatus, quasi ignitum ce-

Hermannus  
cum Ditmaro  
simultas.

Episcopatus  
uexatus.

Bernhardus  
Antistes Hil-  
desheimens.

Suitgerus An-  
tistes.

leriter proiecit, reumque se nimis esse coram profitetur. Alio tempore quidam ma-  
 ligno arreptus spiritu, vi magna captus est, & in praesentia praedicti patris adducitur.  
 Quem solui protinus iubens, baculoque solum, se acriter irrumpentem, viriliter a-  
 mouens, facto sanctae crucis signo diuina potestate securum exire fecit. Talis vir hec  
 non sibi, sed illi, qui per eum tantum operatus est ascribēs, vixit in Christo, dies huic  
 vitae concessos ministrans illi fidelis seruus omni studio. Sedebat ille xvi. annos, ma-  
 gna semper, quae virtutem omnigenam perficit, infirmitate grauatus, & tunc obiit  
 in quo deguit xiii. Cal. Decemb. Henrico Imperatore nostro tunc regnante x. an-  
 nos Huius successor Thiedricus, materterae meimet filius, magnū dedecus ab Hen-  
 rico, Herimanni Comitis filio, vt praedixi, perpeffus est. Sed in hoc anno eadem co-  
 morio ad tempus sedata, eleuatur. Heribertus Colonienfis Archiepiscopus a praedi-  
 cto Comite multa diu sustinuit incommoda, nec mirum, cum is matrem suam diu-  
 tina teneret custodia. Insuper Meinwicus Praesul a Thietmaro, nepote meo, Bern-  
 hardi Ducis fratre, dispolians est. Sed cur totū hoc explico? cum in nullo horū nec  
 exemplar bonum, nec leuamen meum vllatenus agnosco? Satius est mihi inceptis  
 insistere meis, & dum hoc tracto, illam beati Iohānis visionem in mente habeo: Pri-  
 mum vā abiit, & ecce duo post haec. Nimis enim miserabile, quod in superioribus  
 sepe locis reuolui. Sed in temporibus nostri rectoris ac inuicti defensoris Henrici, nil  
 vnquam tale accidit, quale modō deorimentū ē nostro facinore emerfit. Nāq; in Iu-  
 lio mense ac iiii. Cal. Augusti & in iiii. feria Mars sauit in viscera, quod in perpetuū  
 plangit mater Ecclesia. Petiit enim Athelboldus, Traiectensis Episcopus, cum Go-  
 defrido Duce, auxilioque suimet sociorum atque amicorum, Imperatricis nostrae  
 nepotem Thiedricum, se prius in occisis militibus suis multum nocentem, & in insu-  
 la quadam sit conuētus collecti exercitus. Hic velociter ad pugnam praeparatus, mor-  
 tem quam hosti minatur, pro h dolor patitur. Namque a Fresonib. ex insidijs vndiq;  
 erumpentibus, & a praedicti iuuenis satellitibus ex improviso is circumuentus, dictu  
 terribile, gladio & aqua, sine resistentium damno, vitam hanc finit. Episcopus autem  
 in nauicula quadam vix fugit, ac Duce ab hoste saluatus est, & vt veraces affirmant,  
 plus quam tres legiones interfectorum sunt. Omnis haec regio defensore forti carēs  
 piratas aduenientes timet, cotidie mcerens. Godefridus Comes occiditur, Iohan-  
 nes autem optimus miles iacet, quem semper patria deflet. Horum consocii nobiles  
 & inclyti, haecenusque pugnantes dextra victrici, nunc pausant sorte infelici. Luit  
 corpus eorum, quod promeruit macula nostrorum. Sed vt spero, gaudebit eorum a-  
 nima tamen graui exacerbatione purgata. Sed ne stupeas lector talem casum, etiam  
 perpendas ortum. Thiedricus ille infaustus praedicti antistitis satelles fuit. Hic in  
 quadam sylua Miruidu vocata, magnum habuit praedium, quod sibi ex eiusdem par-  
 te iniuste ablatum esse, cuncti conprouinciales Caesari in Neumagun querunt. Vn-  
 de cum consilio optimorum Imperator Episcopo Traiectensi haec loca praecipit in-  
 cedi, & conclamantibus reddi: cumque seniosem suum iuuenis nefandus a man-  
 datis talibus compescere nequiuisset, licentiam abeundi petiit, & se id prohibiturū  
 esse, promisit. Nec mora, factum est, quod dixi, plus causa nostri facinoris, quam pro-  
 merito victoris. Hanc ineffabilem, ac nimis inuincibilem arumnam, auium, vndique  
 secus huc congregatarum, & semetipsas inuicem vngulis interficientium, multitu-  
 do longē praesignauit, eundemque locum, quo isti postea oppetiere, praoccupauit.  
 Quod Dauid sanctus monti Gelboë imprecatus est, huic insulae ego nullius meriti  
 semper exopto. Baldericus Leodiensis Episcopus obiit in eodem die. In diebus illis  
 in Episcopatu meo septem mancipia fungos māducauere non rectos, & acri ardore  
 succensi, celeriter mortui sunt. Et in mense Augusto stella quaedam iuxta plaustrum  
 nouiter apparens, radiis eminus emissis cunctos cernentes terruit. Nunquam enim  
 nostra memoria talis exoritur, & ideo vnusquisque hoc admiratur, prodigium hoc  
 esse timet vulgus, sed cum misericordia id finiti fidelis sperat popellus. De his simili-  
 bus clamat Ieremias vetidic⁹: Qui scit vniuersa, nouit illa, & aduenit ea suimet pru-  
 dentia. Stella haec, quae effulsit, plusquam xiiii. dies visa est. In prouincia Northurin-  
 gun dicta tres lupi semper congressi, nec antea ex habitatoribus his visi, hominibus  
 multis atque pecoribus ineffabiliter nocuerunt. Hoc quoque indigena omnis vehe-  
 menter

Thiedricus  
 matertera  
 Ditmari F.  
 Suitgeri succe-  
 sor.

Ditmarus  
 Bernhadi D.  
 frater.

Athelboldi  
 Traiectensis  
 & Godefridi  
 in Theodori-  
 cum bellum.  
 Frisij.

Ostentum o-  
 scinum.

Mors ē fugis.  
 Stella noua.

menter expauescens, maioribus curat impleri detrimentis. Beatus namque loquitur Gregorius, multa debent mala præcurrere, ut illa valeant sine omni fine ventura nuntiari. In supradictis omnibus desuper nobis ira cælestis reuelatur, sed circumspeditione vigili hæc ab humana fragilitate non attenditur. Iste annus noua nuncupatione terminatio & magna contritio ex rei veritate appellari potest. Ineffabilis enim tribulatio mundo iusta bile exorta habitatores eius vndique turbauit, cuius partem prædixi, & tunc quæ præterieram altè gemitu tracto explicauit. Balderici præfulis, & Cameracensis Episcopi, milites penè omnes prædicta oppetierunt in insula, & in proximis tribus puinciis non supererat vna domus, vbi saltem nõ deesset habitator vnus.

10 Post tempora Caroli vna die vel anno aliquid in his regionibus tale non accidit, sicut vetustas asserit, quomodo vnquam ceciderunt tales viri absque damno hostili? Sed nullus id miratur, qui hoc ritè meditatur: quia is nil potest pugnare, quem culpa sua grauis vindicta Dei nititur deprimere. Hic inexuperabilis casus postea citò obliuiscatur: quia Godefridi Ducis auxilio Athelboldus Antistes cum Thiedrico hoste reconciliatur, & hoc venit non ex voluntate sua, sed ex necessitate summa. Non erat enim istius regionis ullus præpotens defensor, si amplius insurgeret inimicus acrior. Si damnum hoc ex consensu diuino factum, quis potest vlcisci? sin autem quis vindica, \* insanabilius illo. Nunc ut sanctus Columbanus in morte Magni Imperatoris Caroli fecit, ita nos stringamus lacrymas, precesq; fundamus proficuas. Nec tacendum est, quod in Ruffia contigit lugubre damnum. Bolislauus namque eam grandi exercitu petiit, multumque ei nostro fame nocuit. Mense etenim Iulio, & XI. Cal.

20 August. prædictus Dux ad quendam fluuium veniens, ibidem exercitum suimet castra metari, pontesque necessarios parare iubet. Iuxta quem Rex Rufforum cum suis sedens, futurum belli inuicem conditi euentum sollicitus expectabat. Interim Poleniorum prouocationem hostis præsens ad bellum exhortatur, & ab amne, quem tubebatur, ex inopinata prosperitate fugatur. Ex hoc rumore Bolizlauus extollitur, & consocios parari & accelerare rogans, fluuium (etsi laboriosè) velociter transcendit. Inimica autem acies contra turmatim ordinata patriam defendere suam frustra nititur. Namque in primo conflictu cedit, ac nunquam postea fortiter resistit. Ibi tunc

30 caesa est innumera multitudo fugientium, & parua victorum. Henricus miles inclutus ex nostris oppetit, quem imperator noster in vinculis diu retinuit. Ex illa die Bolizlauus oprata prosperitate inimicos palantes consequitur, & ab incolis omnibus suscipitur, multisque muneribus honoratur. Interea quædam ciuitas, fratri suo tum obediens Iarislauo, vi capitur, & habitator eiusdem abducitur. Vrbs autem Kiouia nimis valida ab hostibus Polenii hortatu Bolizlauri crebra impugnatione concutitur, & incendio graui minoratur. Defensa est autem ab suis habitatoribus, sed celeriter patuit extraneis viribus: namq; à rege suo in fugam verso relicta, XVIII. Cal. Septemb. Bolizlauum, & quem diu amiserat, Zuentipulcum seniore suum, cuius gratia & nostrorum amore omnis hæc regio conuersa est, suscepit. Archiepiscopus ciuitatis

40 illius cum reliquiis sanctorum & cæteris ornatibus diuersis, hos aduenientes honorauit in monasterio sanctæ Sophiæ, quod in priori anno miserabiliter, casu accedente, combustum est. Ibi fuit nouerca, regis prædicti vxor, & VIII. sorores eiusdem, quarum vnã prius ab eo desideratam antiquus fornicator Bolizlauus, oblita contentali sua iniuste duxerat. Ineffabilis ibi pecunia ei ostenditur, cuius pars magna hospitiis suis ac fautoribus distribuitur, quædam verò ad patriam mittitur. Fuerant in auxilio prædicti Ducis ex parte nostra trecenti, & ex Vngariis quingenti, ex Petineis\* autem mille viri. Omnes hi tunc domum remittebantur, cum indigenas aduertare fideles, ac sibi apparere senior præfatus iatabatur. In magna hac ciuitate, quæ

50 istius regni caput est, plus quàm quadringentè habetur Ecclesiæ, & mercatus VIII. populi autem ignota manus, quæ sicut omnis hæc prouincia fugitiuorum robore seruatorum huc vndiq; consuetum, & maxime ex velocibus Danais, multumq; nocentibus Petinegis\* hætenus consistebat, & alios vincebat. Hac etiam prosperitate Bolizlaus, Archiepiscopum prædictum ad Iarezlauum misit, qui ab eo filiam suimet reduci peteret, & vxorem suam cum nouerca & consororibus reddi promitteret. Post hæc dilectum Abbatem suum ad nostrum Imperatorem cum magnis muneribus

Annasterminatio.

Boleslai bellum Rufficum.

Rufforum clades et fuga. Henricus Germanus.

Iaroslauus. Kiouia oppugnata et devota.

Zuentipolcus, Vladomiri F.

Kiouia vrbs amplitudo.

Boleslai ad Casarem legatio.

misit, vt suam amplius gratiam & auxilium acquireret, & se cuncta sibi placentia facturum indicaret. Ad Græciam quoque sibi proximam nuncios misit, qui eiusdem Imperatori bona, si vellet fidelis amicus haberi, promitterent: sin autem, hostem firmissimum ac inuincibilem fieri intimarēt. Inter hæc omnia omnipotēs Deus assistat medius, quid sibi sit placitum, & nobis proficuum, clementer ostendat. In diebus illis *Vdo Comes.* Vdo Comes, nepos meus, Herimānum, coæqualem sibi tam nobilitate quàm in potestate, cepit, & inuitum in suam munitionem duxit. Ob hoc vereor aliquam filicem periculosam oriri, quæ vix aut nullatenus possit eradicari. De Imperatore nostro mihi nūc sermo oriatur, qui de inuisa expeditione reuersus, nil de promissis percepit, *Theodoricus Dux.* sed parum sibi renitētibz nocuit. Huius miles egregius, atque fidelis, Dux Thiedricus, cū ab eo separatus, domum pergere voluisset, a quodam seniore, Stephano nomine, Cæsaris atque sui met, vt patuit, inimico, locis impugnatur abditis, & cū iam victor existeret, milite in præda cadentē, iterum inicitur, & proh dolor superatus cum paucis effugit. Hæc fuit ei in talibus secunda tentatio, & faciat dominus vt non eueniat illi tertia periclitatio. Imperator noster cū de his omnibus efficeretur certus, vnum in Sueua regione colloquium de Republica habuit, & mox per Rhenum sollicitus descēdit. Namque cooperatores eius, & regni sui met columnæ, maxima parte, proh dolor, cecidere, sibi que graue pondus occultum, fidei simulatores occultis resistere insidiis per extraneos nituntur, vt non liceat ei libertate congruenti imperare, eorumque iniustam temeritatem in aliquo minorare. 20

FINIS CHRONICI DITMARI.

APPENDIX DE IMPERATORVM SAXONIC. STEMMATE, ET PRIMORVM MYSNIÆ MARCHIONVM, HOC EST, qui Conradum Timonis filium antecessere, rebus gestis, summatim è Ditmaro repetita expositio.




VIA historia Ditmari argumentum habet Imperatorum Saxonicorum res gestas, operæ precium facturi videbamur, si stemma eorum, vt hoc à Ditmaro traditur, hîc subiiceremus. Quantum enim recētoribus plerisque parte ista tribuēdum, palàm atque in medio est. Accedebat deinde alterum, quod explicationē aliquam requireret de Marchionū Mysniæ veterrimorum rebus gestis. Quæ cum alibi nusquam referantur luculentius, visum fuit expositiones eas breuiter è Ditmaro repetere, atq; ita repetere, vt quæ principio deessent, aliunde adderemus, & ad finem, quem Ditmarus in fratribus ECCARDO & Hermanno fecit, nominum seriem vsque ad CONRADVM Timonis F. deduceremus.

FAMI-

FAMILY  
BOOK


Faint, mirrored text from the reverse side of the page, including names and dates, appearing as bleed-through.





# FAMILIAE DVCVM ET IMPP. SAXONICAE A DITMARO TRADITAE STEMMA.


Ludolphus



# FAMILIAE DUCVM ET IMPP. SAXONICAE A DITMARO TRADITAE

STEMMA.

Ludolphus



DE DUCVM ET IMPR.  
 DA BILIANO TRADITE  
 STARVA

Deus meus I. v. d. v. d. v. d.  
 Deus meus I. v. d. v. d. v. d.  
 Deus meus I. v. d. v. d. v. d.

Deus meus  
 Deus meus  
 Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus

Deus meus


Deus meus

Deus meus

DE PRIMIS MYSNIAE MARCHIONIBVS E DITMARO SVMMATIM REPETITA, ET DEINDE VSQVE AD CONRADUM, Timonis F. deducta expositio.

10 **C**ONVENIUNT sententia in eo omnium, oriundos primos Mysniae Marchiones à WIDECHINDO Magno fuisse. Solus Fabricius in Annalibus Mysniae discrepans, à BRVNONE, Widechindi fratre, deriuauit. Seriem eorum haberi continuam posse, negat Brotusius. De quo differere hic enodatus visum non fuit. Me haud pœnitet eorum sequi sententiam, qui primum inter Marchiones faciunt DITGREMI è Friderico F. pronepotem, quem eundem de progenitorum aliquot nominibus Fridericum appello. Huius successor & filius credi forte RIDACVS poterit. Quo genitus CAROLVS cum sententia OTHONIS II. Cæs. successionem excidisset, eaque in ECCARDVM translata esset, manet illa deinde filio ipsius HERMANNO. Hunc exceperunt rursus familiae Wettinenses Comites, & ita exceperunt, ut per diuersas propagines Mysniam deinceps semper retinuerint. Forsitan autem & ECCARDVS ad Ditgremi posteritatem pertinet, ita ut Guntherum patrem, Friderici filium, Ridaci fratrem, statuamus. Ditmarus quidem illum Marchionem nominauit. Est & hoc minimè obscurum, WIDECHINDI Iunioris posteros in diuersas se familias diffudisse: quippe qui præter Wettinenses Comites, & Ileburgios & Merseburgios propagarint, cum nimirum à sedibus diuersis de nominationibus etiam diuersas usurparent. Certè de Merseburgiis disertè hoc mentione Ditmarus retulit. Nec alia quàm agnatio extitisse causa videtur, quod Hermannò Eccardi F. DEDO successit. Tametsi non negarim, maius huic vinculum matrimonio Mathildis, Hermannii F. allatum fuisse. Faciemus ergo duas Marchionum Mysniae familias, ab vno & eodem conditore Ditgremo deductas: primam & veterrimam FRIDERICI, quem Ditgremus pronepotè habuit; alteram DITTERICI, qui Ditgremi è progenitoribus Ditmaro, Ditterico, Dedone abnepos fuit. Atque ut res planior fiat, utranque à conditore WIDECHINDO Iuniorè repetemus, ita tamen, ut nuda eos nomenclatione referamus, quorum res gesta à Ditmaro traditæ non sunt.

20 WIDECHINDVS, cognomento Iunior, retinuit è paternis possessionibus tractum ad Salam, nomine & titulo Comitum Wettinensium, veteri consuetudine. Neque enim antiquitus Ducum filii Duces omnes nuncupabantur, sed istantum, qui successionem exciperet, reliquis non altiorem quàm Comitum dignitatem usurpantibus. Vnde hoc euenit, ut vnius stirpis familiae, ut nomina, ita & dignitates diuersas gererent: qua de re passim in Annalibus exempla obseruare licet. Ditmarus à Widechindo conditam familiam non Wettinensem, sed Budsetiam, ab altero quodam prouincia ipsius oppido, denominauit, pag. 71, vers. 55.



40 FRIDERICVS, quem nobis ita appellare libuit, primus Mysniae Marchio ab HENRICO Aucupe Cæs. creatus, primam itidem, quæ nostra sententia est, Marchionum familiam propagauit. Nati ergo forte illo sunt RIDACVS & GVNTHERRVS. Nam quòd plerique mouere hic dubium videntur, id totum in medio relinquo.

RIDACVS, Mysniae Marchio alter, abest Merseburgi, quo tempore HENRICVS Hezelo, Dux Bauariae, Imperio, quod contra Othonem III. inuaserat, abdicato, à Wagone, præfecto BOLESLAI Boiemi, cum exercitu per fines eius deduceretur. Quod dum negligit, nec quicquid inde sinistra suspicatur, magno id mox dispendio luit. Nam Wago cum oppidanis Mysnensibus, urbem deditioem pactus, per eos Ridacum præfectum, ipse Fridericum ad colloquium euocatum perimit, iaque occupatam illam præsidio firmat. Nec deinde Mysnia ad Ridacum rediit, sed in Boi- pag. 36, vers. 1.  
morum potestate usque ad ECCARDVM permansit. Huic enim sponte ea rursus cessit Bolesla-

us. Vixit apud Ridacum à puero DEDO agnatus è familia Budseria, hoc est, Wettinensi, de quo pag. 72, v. 1. infra. Ditmarus lib. 6.

\* Martij (sa-  
p. 4 pag.  
85, v. 42.

CAROLVS amittit feudum, vt nominauit Ditmarus, seu bona dedita, per calumntiam, eamq. fortuna acerbitate excelsò animo perfert. Moritur temporibus Henrici II. Caf. IIII. Cal. \* Maij. M. XIII. Ditmarus lib. 7.

pag. 42, v. 7.

GVNTHERVVS, ex nobiliss. Turingia australis natalibus, vt loquitur Ditmarus, hoc est, vt ego opinione auguror, Friderici F. Ridaci frater, gessit multa pro OTHONE II. Caf. bella, vsus ad hæc opera strenua Eccardi F. Gratiam tamen ex his meritis dignam nõ collegit: Quippe qui à dignitatibus aliquandiu exclusus fuerit. Dedit temporibus eius idem imperator non igno- 10  
bilem Episcopatu Merseburgensi saltum: qua quidem in expositione à Ditmaro Marchio nomi-  
natur. Reliquit liberos ECCARDVM, Gūcelinum & Brunonē. Qua de re etsi plana sunt Dit-  
mari expositiones, libuit tamen hoc loco argumentum id vnum repetere, quòd Guncelinū Her-  
manni patrum vocat, hanc subiiciendo vobis: Semper patrum in fratrum filios seueri.

p. 72, v. 32.

ECCARDVS adolefcit spe & fama indolis præclarissimæ: bellicis studiis sub patre assue-  
scit, cum eoque pro OTHONE II. Caf. bella multa conficit feliciter. Quocirca ita ab hoc dili-  
gitur, vt in Mysnia Marchia, Carolo excluso, Ridaco surrogatus sit. Ea re quasi materiam vbe-  
riorem exercenda virtutis sibi oblatam ratus, mox in Boleslaum Boiemum arma expedit, eum-  
que cedere sibi Mysna compulsus, militem deinde, vt loquitur Ditmarus, retinet. Inde Milze- 10  
nos (erant hi Soraborum gens in Mysnia finibus) adoritur atque edomat: cum Boleslao Polono  
fædus & amicitiam contungit: bona quæ possideret dedita, hereditaria impetrat, & felicissi-  
mo fortune arridentis successu eò vsque progreditur, vt in Turingia communibus gentis suffra-  
gys principatū promeruerit. Vbi rebus humanis excessit OTHO II. à filio & successore huius  
OTHONE III. gratiam eandem inuit. Quem in Italiam secutus, reuersum inde & religionis  
causa in Poloniam cogit antem, redux ipse excipit Mysnia honorificentissimè. Vnde cum Casaris  
in ipsam aucta beneuolentia, hunc iam solus possideret, parem adhuc sibi Gislerum, Archiepsc.  
Magdeburg. clam mordet: & vicissim ipse Lotharium Comitem vrit, eosque dehinc sibi spiritus  
sumit, vt à morte Casaris Imperium affectarit. Ea de causa Frasa Principum conuentu indicto,  
aduersantem sibi Lotharium, quid ad hoc institutum ipsum perpelleret, interrogare ausus, respo- 30  
so retunditur eiusmodi: An non intelligeret, curru suo rotam quartam deesse? Nec tamen  
sic quiescit: et comitis in alterum Werlensem conuentum reiectis, cum ibi Henrico Bauaro  
Casare designato, iterum rebus nouis studeret, regios sibi in accubitu honores vsurpat: ac tamen  
si ea re offensi animi plurimorum essent, eisdem tamen etiam Hildeshemij repetere audet. Inde  
Padebornam profectus, nõ pro spe accipitur, nec quod cum HERMANNO, Duce Suenia, collo-  
quium inliuerat, succedit. Quare cum domum rediturus, Northeimii deflexisset ad Sigefri-  
dum Comitem, ab filiis huius, è quibus Henricum cædi loris iussu Othonis III. procurarat, strui  
sibi insidias cognoscit. His elapsus, ab insequentibus de nocte dormitans opprimitur: & cum è  
comitatu eius cæsis fidissimis ipse pugnare pergeret fortiter, à Sigefrido hasta collum transuer-  
beratur, & lapsantis caput ceruicibus abscinditur. Conditur honorificè Iene ad Salam. Ditma-  
rus lib. 4. & seq. vbi & elogium ipsius additur. Erebus prosperè cadentibus hoc etiam sibi sum- 40  
psit, vt Bennonem, dignitatis equestri virum, excacarit, vt idem Ditmarus lib. 4.

p. 45, v. 17.

GVNCELINVS, præbet se Mysnensibus oppidanis, seditiosè contra HERMANNVM,  
fratris filium, tumultuantibus ductorem, vsus temporis opportunitate, quòd præsidij pars magna  
abesset. Atque occupata porta quadam, & in amicis Hermannii Breccione caso, ad obsidionem  
eius aggreditur. Hanc illum deprecantiem discedere permittit, & vrbem Boleslao Polono dedi-  
tam, custodiendam accipit. Quam cum ille deinde in bello Henrici Comitis, cui confederatus  
esset, restitui sibi postularet, Guncelinus formidine noui ab Henrico II. Caf. periculi, cuius inter-  
ea militem præsidiarium receperat, id detrectat. Quapropter bello à Boleslao oppugnatur: Lu-  
macia solo æquatur, & cum Mogolena obsessa itidem in hostis potest atq. peruentura fuisset, calli- 50  
do commento hunc in Boiemiam & Bauariam auertit. Eam Casar defensurus, cum in Milze-  
nos progressus, niuibus impediretur, Guncelino præsidium nouum Mysnia relinquunt: & post I-  
talicam expeditionem bello in hos renouato, Budesinam flammis absumsisset, ni Gūcelinus id pro-  
uidò consilio impedisset. Dedita enim hæc paulo post fuit iussu Boleslai: & ipse firmius præsidium  
accepit. Nec tamen his meritis planè Casari recociliari, & Polonica societatis inuidiam abole-  
re, potuit: ac suo odio semper ab Hermanno discedit. Cumq. arma tandem sumisset vterque,  
infelici

p. 53, v. 28.

infelici conatu Strelam tentat. Inde vehementer exacerbatus, Rôchliciam captam in cineres redigit, sed arcem ipse ad Salam operis præclari amittit. Quarum rerum fama mox ad Casarem, perlata, unâ cum Hermanno Merseburgum ad causam dicendam evocatur. Ibi multorum criminum accusatus, & à Casare maiestatis damnatus, Principum intercessione vita donatur, & asseruandus Arnolpho Episcopo traditur. Ditmarus lib. 5. & seq.

Bruno præest Mysna, quo tempore Guncelinus Mersepurgi apud Casarem causam diceret: eoq; damnato, munere illo usque ad Hermanni aduentum persungitur. Ditmarus lib. 6.

Cum ECCARDO connupta fuit SVANEHILDIS, Bernhardi Ducis Saxonie F. quæ antè cum DITMARO, Marchione Lusatie, fuisset: E qua liberi præcreati: Lucarda, natu maxima,  
10 HERMANNVS, Eccardus, Gunterus, &, quæ nostra sententia est, filia altera Oda. Nominat enim hanc Eccardi Marchionis filiam Ditmarus lib. 7. ut genita Eccardo filio videri nequeat.

HERMANNVS, facit de patris voluntate atque iussu bellum Wilhelmo, Comiti V. Marie, idque propter eadem filij ipsius geminam. Hoc prosperè gesto, & Vinariensi facere imperata coactò, cum in eodem tempore tristem de patris interitu nuntium accepisset, illico isthuc cum matre aduolat, & funus eius deducit curatque honorificè. Pergit deinde Mysnam: ab oppidanis, precio corruptis ab Boleslao Polono, qui cognita Eccardi morte, populabundus Lusatiam & Mysnam inuaserat, obsidetur seditiosè: atque in amicis Breccione perempto, Ozerus præfectus ad necem deposcitur. Id cum per Ditmarum, dignitatis equestris virum, deprecaretur, & multitudinem patris huic exprobrando beneficia, ut arma deponeret, aut discedendi sibi potestatem faceret, hortaretur, postremum solum obtinet, & vrbs Polono deditur. Cum quo postmodo gratia reconciliata, etiam Casaris beneficio Budissina præfecturam accipit. Per id tempus familiariter cum Boleslao congressus, denique Fecialis ad bellum illi denunciandum ablegatur. Ideo minus benignè habetur, & Budissinam, quandoquidem, quæ oppidanis induciarum tempore auxilia pollicitus esset, non mitteret, deditione amittit. Aliquanto post, quæ ei cum Guncelino patruo esset, similitas recrudescit, & in bellum erumpit. In quo bello Rochlicia exutus, cladem eam ita ulciscitur, ut arcem Guncelini ad Salam nobilissimam expugnatam vastarit, & in disceptatione apud Casarem causam obtinuerit. Cumq; Guncelino tum in Mysnensi Marchia surrogatus esset Fridericus, Dedonis F. aliquanto post & Cunegunda Augustæ intercessione, & Principum suffragio, sibi eam impetrat, & deducente Casaris legato Mysnam redit. Ibi summa clementia usus, ignoscit vtrò omnibus, idque ad eò dextra stipulatione confirmat. Ab eo tempore, cum obcrebras Boleslai Poloni iniurias Casar bellum contra eum redintegrasset, huic nomen dat: nec multo post Casare propter aduersam valetudinem domum regresso, cum IAROMIRO Boiemo & Gerone aliquantisper in armis manet, nulla tamen rememorabili gesta. Qua de causa cum fieri pacem Casar passus esset, ea rupta, Boleslaum euocantem visit: pacem denuo suadet: legatum illius propterea ad Casarem missum deducit, sed ut operam illam frustra insumserit: quia Boleslaus interea Boiemos ad defectionem sollicitarat. Quocirca cum iterum ad bellum ventum esset, excipit Geronis Marchionis cadaver, qui in eo ceciderat, & cum fratribus Eccardo & Gunthero aliquo usque comitatur. Etenim Casaris mandato prope Mysnam regredi, eamque à Misecone, Boleslai F. defendere iussus, vix hostem irruentem anteuertit. Quo post captum suburbium, atque  
40 incensum, eo ardore in vrbs oppugnationem incumbente, ut de defensione fermè desperaret, subita Albis inundatione illum auertit. Quare firmiter deinde ab Casare præsidium consequitur: instauratur suburbium, & tanquam collega ei Fridericus Comes adiungitur. Neque sic etiam hostis metu solutus, cadaver IDONIS Episcopi, haud multo post mortui, Mysna detinet, & sepeliri ibi mandat, vrbs excidium, quod ille prædixerat, caueri ita posse ratus. Vbi tandem cum Boleslao, bellum in Rusiam translaturò, pacificatio instituta est, ei actioni Casaris nomine Budissina cum Ditterico Comite adest. Iamque exinde pace fruens, de saltu quodam cum DITMARO, Episcopo Mersepurgi, in contentione venit. Quæ cum interuentu Casaris dirempta esset, aliquanto post legatus in Poloniam proficiscitur: & cum interea cum Ditmaro similitas recruduisset, suos satellites & in illum & in Geronem Magdeburgium agere proteritus permittit, Ditmarus lib. 5, 6, 7.

Eccardus oppugnat cum Hermanno fratre Guncelinum: eoque bello ex sententia confecto, post clandestinam cum Boleslao Polono amicitiam colit: fœnet eius speculatores, & denique absque Henrici II. Cas. venia ad illum proficiscitur, & de Casare multa loquitur odiosius. Ideo ad causam dicendam euocatus, cum iudicium damnationis metu detrectaret, bonis exiit. Post tamen Casari ex quorundam intercessione reconciliatur, suaque recuperat. DITMARO Merse-

burgio occultè infestus, syluam quandam eius venationibus occupat, & suos ac fratris satellites  
 p. 110 & 111. grassari licentius permittit. Ditmarus lib. 6. & seq.

p. 90, v. 28. Guntherus memoratur à Ditmaro lib. 7.

Lutarda despondetur Wernero, Lotharij Comitibus filio. Quae sponsalia patre post retractante, cum propterea ab Abbatiſſa Quedlinburgensi, quae Imperij tum gubernacula teneret, conuentus principum Dornberga indictus esset, virapitur à sponſo: itaque connubio assensa, etiam sponſus deinde, postquam Abbatiſſa supplicauit, veniam promeretur. Ditmarus lib. 4, pag. 42.

Mathildis nupsit Ditterico Weitimensi, mater Dedonis & TIMONIS, vt Chron. Mysn.

Oda collocatur Boleslao Polono, qui diu multumque eam ambiuisset, idque sub id tempus, quo pace cum HENRICO II. Cas. facta, ille se ad bellum Rusicum compararet. Ditmarus lib. 7. 10

## ALTERA MARCHIONVM MY- SNIÆ FAMILIA.

Ditmarus, alter Ditgremi F. secundae Marchionum Mysn. familiae conditor.

Dittericus, memoratur nomine tenus à Ditmaro lib. 6. Filios reliquit DEDONEM & FRIDERICVM.

Dedo, vixit à prima pueritia apud RIDACVM Marchionem, agnatum. Vbi ex ephelis excessit, mirificè & animi & corporis robore enituit. Quocirca cum belli materiam quæreretur, iuuenili & temerario conatu Boemos Cicensi agro immittit, & in reliqua praeda etiam matrem abduci captiuam patitur. Reconciliatur tamen aliquanto post OTHONI III. Casari, & ab summi ingenij commendatione gratiam eius illustrem promeretur. Qua tempestiue usus, Mersepurgij Comitatus partem à BIONIS è vita excessu impetrat, & Zorbeci Burggrafiatus, qui antea Imperatorum beneficium fuisset, sibi & Friderico fratri hereditarium facit. Mox ad coniugium animum appellit, & THITBURGAM, Theodoricus Marchionis filiam, uxorem ducit. Iamque ex tanto rerum successu maiores sibi spiritus sumens, occulto in Othonis Cas. successorem HENRICVM II. odio accenditur, & in reliquos Principes palam iniurias immittit. Quos inter cum WERNERVM Marchionem ita Casari accusasset, vt sententia huius iam condemnatus, vix Burcardi Balatini intercessione cõseruatus sit, tam obstinate vexare illum pergit, vt subiectum ipsi Wolmerstadium oppidum exuri curaret, & ad Tangermundam vsque excursiones fecerit. Ibi occurrete ei Wernero, cum suis profugantibus hostem fortiter exciperet, cum Egilhardo, qui solus apud eum mansisset, obruncatur. Ditmarus lib. 6, p. 71.

p. 72. Fridericus, imponitur ab HENRICO II. Casare Mysnæ praefectus, post ex auctoritatem & in vincula coniectum Guncelinum, hoc est, Burggrafius ibi primus constituitur, vt interpretatur in Annalibus Mysn. Fabricius. Quo munere etsi paulo post se sponte abdicauit, in fide tam erga Casarem constanter permansit. Cumque prudentia summa esset, & liberis maribus careret, possessiones suas ita Ditterico, fratris filio, legat, vt rationem ab hoc filiarum haberi voluerit. Ditmarus lib. 6. & seq. 30

Nascitur DEDONE & Thitburga DITTERICVS.

DITTERICVS, impetrat bonorum paternorum successionem ab HENRICO II. Cas. intercedente pro eo Augusta cum reliquis Principibus. Ileburgum ab Friderico patruo morituro certis conditionibus accipit: quae res cum & à Casare rata haberetur, haud multo post idè oppidum graue ab incendio subito damnum accipit. Vbi cum Boleslao Polono fieri Casar pacem permisit, actioni illi Budisina adest. Ditmarus lib. 7. 40

Fuit in Ditterici matrimonio MATHILDIS, Eccardi Marchionis F. vnde in reliquis liberis nati DEDO & TOMO.

DEDO, Marchiam Mysnensem post Hermannum auunculum consecutus videtur, idque vel agnationis iure vel propter matrem. Timonis quidem illum fratrem extitisse, disertè Annales Gozecenses affirmant. Habet historiam eius Schafnaburgensis & Vrſpergensis. E filijs praecipue memorantur:

Dedo

Henricus successor,  
quo genitus est

Henri- 50

Henricus cognomēto Iunior, quo mortuo cessit Mysnēsis Marchia CONRADO, Timonis F. TIMONIS historia extat in Chronico Mysnensi, & pertractatur carmine in Marchionibus Mysnensibus à Georgio Fabricio. Nascitur eo

CONRADVS, Mysnensem Marchiam post Henricum Iuniorem vi & armis consecutus, deinde eam ad posteros propagavit: & supersunt hodie è progenie ipsius Electores & Duces Saxonie &c. Vide de historia eius Chronic. Peg. ad annum 1123.

## Ad lectorem.

10 **C**Vm iam, quas pramisi, commentationes, opt. lector, absoluissem, facta est mihi in ceteris codicibus manuscriptorum monumentis copia cuiusdam Antistiti Merseburg. Chronici à Christiano Distelmeierio, quem honoris causa nomino. Ex eo Chronico repetere hoc loco de Ditmari vita expositionem visum fuit. Refert enim pleraque plenius, ut contra alicubi fuerit, quod in Monastica quadam vel simplicitate vel superstitione iure desideres. Commoneb. etiam me Petrus Albinus, cuius supra mentionem feci, nominari in veteribus à se inspectis Imperatorum diplomatis non solum Dalemiciam (ea terra Mysnia est) voce tamen ita variata, ut in aliis Dalemice & Delemince, in aliis Thalemence et Thalaminci legeretur, sed etiam Milscam pagum. Huic cum gentis Milzenorum nomen affine sit, inde derivatum statuamus, & pagum non vicum, sed veteri Germanica lingua consuetudine, quam & Cesar in commentariis expressit, & annales sequuntur, regionem vel tractum Mysnia accipiamus, ut respondeat ei quod Saxones proprie dicunt Ein Börde. Certè ad hunc modum multa alia loca & præcipue quidem in Henecorum sedibus, quæ gentium nomina referunt, inuenias. Atq; haud scio, an non Daleminciorum nomen Dalem oppidulum conseruauerit, ut Lomacie oppidum Lumnitzsch. Sed redeat, unde paululum, neque, ut opinor, prætermissis, deflexit mentio ad expositionem de vita Ditmari, quæ eiusmodi est:

Post decessum Antistitis nostri W. gberti fortuna felicior quàm fuit anterior, pleno ore, vultu lætiore, nostræ arrisit Ecclesiæ, & Ditmarus Dei gratia, piaque dispensatione, nostræ Ecclesiæ pater & rector efficitur. Sed antequam de huius patris episcopali conuersatione quid dixerimus, de eiuslibet carnali ingenuitate per pauca oportet prætexi. Erat enim verè hic verus Saxonie indigena, non stirpe humili, sed perspicua, qui natus fuit de Comite Syfrido & pia matre Cunegunda, ab utrorumq; pietatis linea haud exorbitans. Erat utique vterque parens pollens pia gloria in seculo, diues in prædio, & tam diuinarum quàm humanarum rerum par circa honestatis studium exercitatio. Tam potētibus, piis, honestisque parentibus Ditmarus felix in opere editus, ætate competente clericali vitæ assignatur, & tener adhuc in annis S. Mauricio in Magdeburg seruus ac spiritualis frater dicatur: ac vbi per incrementa temporum ramum attingit Pythagoricum, leui rami deuitans decliua, dexter contēdit ardua. In quantum finit carnis lasciuia, mundi calcat lubrica, & clericatus ipsius officium claruit per pietatis studium. Præpositis suis fuit obediens, fratribus in caritate seruiens, plus humilibus humilis, compar singularis similibus. Miseris erat indeficiens refugium, oppressis constans auxilium, superbis iustè resistens, bonis cæptis indefinenter insistens. Talibus gemmis virtutum ornatus, quouis honore apertus, placens tam Deo quàm hominibus, erat quibusque æquandus sublimibus. Imperator (Henricus) autem, cognita huius Ecclesiæ viduitate, piè indoluit, & qualiter hæc aut tali aut meliore pastore muniret, cum fido collateralis Tamnone Archiepisc. suo reuoluit. Cui ille sagax, in consiliis inquit: Est quidam in nostro cœnobio Canonicus, Syfridi Comitum filius, in quo elucet clericalis studiositas, quem non arguit vlla enormitas. At rex interloquens inquit: Noui quem dicitis. Sed si genus attenditis, hic tam parua despicit: quia forsan ad maiora respicit. Cumque cognitor futuri pastoris nostri ornamenta morum laudando multiplicaret, Rex subridens respondisse dicitur: Licet apud vos sic sit laudabilis, tamen aliquantulum est notabilis. Vidi enim semel eius claustrum egressionem ante primæ pulsationem. Tandem post multiplices sermocinationes, in beneplacito vtriusq; legatus mittitur, qui cum iussu Regis & Archiepiscopi in proximo Pascha ad Augustam venire indiceret. Nec mora legatus mādātum peragit. Et proxima nocte antequam venturus erat, vidit vir Dei per somniū quædam sibi assistentem, episcopalem baculum in manu tenentem, eique dicentem:



Vis curam Merseburgensis Ecclesie suscipere? Et ille: Si Deus, inquit, vult, & Dn. Imperator & meus spiritalis pater. Ego quis sum, vt contradicam sermonibus sancte  
 At ille dans baculum persequitur: Caue, inquit, commouere cerebrum S. Laurētio: quia omnes hoc agentes periculosa phrenesi percutiuntur. Et ipse: Tueatur me, inquit, custos hominum Deus, ne in hoc aut in aliquo offendam maiestatem diuinam, sanctorumque intercessionem auertam. Quare vir beatus cœlesti comonitione ad meliora ex tūc intectus, & ex hac allocutione obstupefactus, lecto profuit, & facto mane prædictus legatus introiit, dansque duas epistolâs, ad Augustâ eum venire præcepit. Accepta legatione, certificatus ex prædicta visione, cur vocaretur, prænouit, & memor Apostoli, dicentis: Qui episcopatū desiderat, bonū opus desiderat: non re- 10  
 nuit, sed prædictū iter ocus mouit. Tertia autē feria sancti Paschæ ad loca venit præfata, & ab Archiepiscopo piè suscipitur, causa vocationis intimatur, & suauiss. adhortationibus patris ad promissa percipiendâ animatur. Postera die, id est, in quarta feria eiusdē solennitatis Disparus in capellâ Regis venire mādatur. Cū verò crastina illuxit dies, felix nobis in euentū pater noster iam in proximo locū cōdictum intrauit, & viso eo, Rex ad se vocauit. Ruchatur interim Missa (*Venite benedicti patris mei*) Et cū ei Rex baculū pastorale, simulq; arrham ecclesiasticâ commisisset, verus sibi commissarū ouium pastor facie tenus prosternitur. Et ecce compulsatio maioris Missæ solenniter personatur. Hoc etsi casu contigit, prosperū tamen fuisse, post rei euentū innotuit. His sic prosperè peractis, octauo die instantis festiuitatis, id est VIII. 20  
 Cal. Maij in Nuenburg Bauarię, præsentē Imperatore, ab Archiepisc. Tam mone in episcopale nomen & officium, vngitur, & post ad cōmissam curam honorificè transmittitur. Sed cū his partibus appropinquasset, ab vniuersis huius Ecclesie magnificè occurritur, & in hac ciuitate ab Henrico antistite, cæterisque viris ecclesiasticis, deuotè suscipitur, cathedrâ Episcopali dignè imponitur. De tali pastore clerus gloriabatur, populus lætabatur, & vniuersitas fidelium congratulabatur. Hoc sibi commisso regimine, Apostoli sollicitus admonitione, dicentis: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse; ad hoc laboꝝ, bonis actibus inuigilauit, commodum suorum augere curauit. Sed quia primus gradus virtutum est humilitas, humilitatem eius sacerdotii, quam relatu veridicorū audiuius, notam faciemus. Habebat enim 30  
 hebdomariam suæ canonicæ in Magdeburg vicem, sic annotatâ, vt cū reuolueretur, vicem suam ipse sic humiliter perageret, ac si episcopatus dignitate sublimatus non esset. Audiuius piam eius in Dei seruitio propter officii sui decorem humilitatem: Audiuius & secularem eius austeritatē propter ecclesie suæ exaltationem. Marchio orientalis Ekkehardus, & frater eius Hermannus, forestum ecclesie bis datum potestatiua præsumptione sibi vindicare, propter quoddam nouale, Rocheluz dictum, citra ripam Muldæ situm, ad se attinens, contendebant. Quibus potens tam potenter resistit, vt suam permagnam potentiam esse, respectu huius præualentis potentie profiterentur: & cū illi, vt potentes seculo, contumaci fastu ab incepto non desisterent, sed creberrimè retia venatoria per loca nemorosa tenderent, in curtem 40  
 suam Chorin placitum cunctis suis militibus indixit, eoq; venire præcepit. Quo cū venissent, illatas sibi iniurias conqueritur, & ad vlciscendas quosdam pollicitationibus, hortatur, quibusdam bonorum ablatione minatur. Inde verò egrediens, omnia utensilia retium quæcunque inuenit, concidi præcepit, domumque veniens, legatum ad Imperatorem, qui ei præsumptuosam factionem insinuet, dirigit, pacēque suæ ecclesie humiliter expostulet. Sed vt multa paucis concludam, tandē Hermannus senior, qui magis pius erat, cū in Magdeburg Imperator compluresque Principes conuenissent, patre nostro priuilegium Ecclesie in publico recitante, se peccasse profiteretur, fratremque idem facere cohortatur. Sic facta est nobis restitutio iniustæ ablationis per huius laudādā celsitudinem dominationis. O quā lau- 50  
 danda in antistite humilitas, ô dignè imitanda in potente sublimitas: humilibus humilimus, potētibus potentissimus. Et vt finem laudibus eius assignemus, hic meritalis erat, vt de B. Syluestro legitur. De restituendis suæ Ecclesie ita curiosus erat, vt vbiunque meliores regni conuenissent, interesset, cunctisque miserandam ecclesie suæ vastationem intimaret, & ad collectionem auxiliū ab omnibus peteret. Inter-  
 erat

erat namque Bambergensis ecclesie dedicationi, in qua erat Iohanes, Patriarcha Aquileiensis, & plus quam 30. alii Episcopi. Postera die facta est illic Synodus, & noster pater in medio stans, antiquam querimoniam disertè recitauit, & synodali censura plenissimè restitutio nostræ Ecclesie ab iniuste tenentibus promissa est, sed non impleta. Ille tamen huic promissioni tam diu tenaciter adhæsit, donec Gero Archiepisc. partem parochie nostræ ecclesie super quatuor vrbes, scilicet Schuditz, Cothin, Bychen, Wurtzen, & duas villas remisit, reliqua verò in posterum se relicturum promisit, sed non adimpleuit. Post verò aliquod temporis interuallum, cum Imperator Magdeburg moraretur, & cum illic plurima regni vtilia agerentur, iterum noster antistes Hildewardum, Mysnensem Episcopum, quia partem parochie nostræ teneret, accusauit. Sed Imperator vtrisque satisfaciens, hoc instituit, vt parochiam citra Muldam Mersepurgenis obtineret, quod verò vltra esse, Mysnensis haberet. At tamen noster renuit, quantum potuit, quia non commodo concambio hoc sibi accideret. Quantum verò prædiorum & regalium donorum suæ addiderit ecclesie, haud facile explicabitur. Continentur tamen omnia, quæ ab imperatore Henrico II. acquisiuit, in vno chirographo apud nos perscripta. Insequenti anno quoddam prædium Minestedi dictum, per manum Imperatoris scripto eidem donatur. Huius in temporibus quidam Ludolphus prædium suum, quod in Brodizi habuit, Ecclesie nostræ pro remedio anime suæ tradidit. Postmodo verò dulcissimo ipsius hortatu Henricus Comes prædium suum in Tundersleue situm S. Laurentio prosperè retributionis æternæ causa consensu fratris sui Friderici coram multis testibus bis stabiliter dicit. Hoc prædium idem Archimandrita in vsum fratrum suorum spiritualium earatione concessit, vt præpositus ipsorum sex talenta in vsum fratrum singulis annis ad vestitum & pisces per tres annuales quadragesimas & in anniuersario suimet conuiuium optimè saginatum expenderet. Super hoc ipsis caritatiuè donauit argentum & linum atque lanam, quæ ad Ecclesiam feruntur, & decimationem mellis ac porcorum, super Burquardum Zolin & villas duas Dubin & Budegast. Hæc omnia pluraque alia suimet martyrologio propter vtilitatem rerum inscribi præcepit, & reuera illic inuenientur, si studiosè inuestigantur. Nos autem multa prætermittimus, ne fastidium irrogemus legenti. Et vt hæc cunctaque suæ ecclesie accrescentia stabilia & incommutabilia permanerent, duorum Apostolicorum Sergii & Benedicti, scripta confirmationis suæ ecclesie expetiuit, quæ adhuc apud nos in vna membranula transcripta tenentur.

Anno verò decimo ordinationis suæ, natiuitatis verò quadragesimo primo, diuertit ab oneribus huius seculi dorsum eius, faciemque mentis in tranquillitatem quietudinis statuens, ac animo tribulos sollicitudinis euellens, fructus permanentes nouæ plantationis germinauit. Scripsit enim Chronicon per quinque regum tempora digestum, incipiens ab HENRICO HVMILI, qui primus hoc nomine, & huius narrationis ordine, imperauit, & ab Othone Magno, secundo & tertio, vicissim sibi succedentibus, ad HENRICVM PIVM, nostræ ecclesie reparatorem, ac exaltationis auctorem, progreditur. In his scriptis, quam multorum piè facit mentionem piorum, vt facile cognoscatur verus pietatis amator, qui tot piorum beneficiorum memor sit relator. Perrarè enim ab orbita pietatis exspatiatur, si memori corde vita piorum teneatur. Postquam sedem sibi commissam tam factis quam dictis exaltauit, anno Domini incarnationis 1015. indictione decima tertia, 15. Cal. Iunii ipsius dulcisono hortatu, & efficaci rogatu, Imperator hanc nostram fundari præcepit ecclesiam, antistite præsentis. Ac quatuor lapides in monte S. Crucis in fundamento primus iaciens: superædificatibus, inquit, spes æternæ retributionis optabilis, detrahentibus. vltio diuina formidabilis repensabitur. Et quia templum nostræ ecclesie iussu imperatoris ædificatum diximus, quantum nostram ecclesiam multiplici ornatu decorauerit, veluti scriptis reperimus, quam breuissimè perstringamus. Dedit hic Imperator nobis plurima diuino officio cõuenientia, scilicet tria plenaria: vnum de auro, eburnea tabula ornatum, quod minimum est: secundum auro, gemmis & eburnea tabula variatum, quod preciosius est: tertium auro, electro & preciosissimis gemmis artificiosè decoratum, quod optimum est. Præter hæc tres auratas cruces & duas argenteas, & duas

*Inserta hoc loco prædiorum et vicorum nomina consule omisimus.*

ampullas eiusdem metalli, & tres calices, vnum argenteum magni ponderis, secundum aureum & gemmatum, tertium arte omnigenisque gemmis elaboratum, quod præcipuum redemptionis animæ suæ fuisse adhuc vulgatur. Item tabulam altaris auro & gemmis honorificè distinctam, ad quam præsul Ditmarus quinque libras auri de priori altari se dedisse testatur, pyxidem auream & gemmatam, thuribula argentea tria, dosalica serica plurima, campanas, cappas sericas multas, plurimaque alia, quæ enarrare prælongum esset. Inter cætera dispersionis nostræ ecclesiæ collecta à Notoldo Mysnensi Episcopo, partem parochiæ nostræ, scilicet super duas vrbes Wisseburg & Costana, requisivit. Ab Hilleuaro autem Cicensi Episc. parochiam duarum urbium, Tribni & Tuchus, concambio trium villarum redemit. Hæc in secundo privilegio renouationis huius ecclesiæ (nam duo idem Imperator dedit) reperiuntur. Tertiū verò confirmationis huic patri nostro Ditmaro ab eo exoratum donauit. Precium verò redemptionis animæ suæ fratribus nostris cōcessit has villas: Borckertoff, Toka, Vdene, Vbedere, Vphusen & Lutenburg. Quoddam etiam prædium, Rogalize dictū, ab Hadoldo concambio sibi complacito acquisiuit, & fratribus nostris in sustentationem temporalium donauit, scriptis manu propria sigillatis confirmauit, multaq; alia dedit, quæ nec enarrare scimus nec nequimus. Postera verò die post datū Rogalize, dedit Rex antistiti nostro de quo sermo est, in amplificationem suæ dignitatis has ecclesias cum appertinentiis eorū, in Gusna, Cozini, in Lipzich, in Olsnice.

His supradictis plurimorum bonorum actibus pater noster Ditmarus à sordibus vitiorum expiatus, diem exitus sui expectabat intrepidus. Anno verò natiuitatis suæ quadragesimo secundo cum ecclesiam sibi commissam gubernaculo iustitiæ per fluctuagias mundi procellas ad terram viuentium an. is decem, mensibus septem, diebus totidem duxisset, ergastulo Babylonicæ captiuitatis ereptus, a ternam Ierusalem perpetui incolatus inuolat, quem Dominus suus pro lucro duorum talentorum introducendo in gaudium suum Cal. Decemb. remunerauit. Hūc pro paucitate intellectus nostri hoc breui carmine prosequamur, & quanto dignius poterimus, eius beneficia recolamus:

*Tertius est factus pietate, sed ordine quartus,  
Præsul Ditmarus, pietate per omnia clarus:  
Lux præcedentum patrum, sed forma sequentum.  
Extulit hos dictis, hos munit ad omnia scriptis.  
Quod meliusculè habet locus hic, merito sibi debet.  
Inuigilabat ei non dando locum requiem.  
Ergo beauit eum vita donando per eum  
Cui se commisit sub prima fronte Decembris.*

FINIS.

RERVM

# RERVM IN DITMARI·CHRONICO MEMO- RABILIVM INDEX COPIOSVS.

<b>A</b> DELBERTVS Treuerensis fit primus archiepiscopus Magdeburgensis 20, 16. 27, 43. Eius obitus & in muncere diligentia 30, 3, 16	ilium relegatus 22, 13	• gus & Lic Wizo 25, 35, 39, 18. Lu- izo 80, 49. Vnuanus 81, 27
Adelheidis Ottonis M. altera con- iux 16, 23. Eius mors 43, 12	Benedictus VIII. Roma pulsus re- stituitur 84, 8	Brenta fl. 61, 12
Adelheidis, Imperatoris filia, raptā 35, 44	Benedicti Papæ in Sarracenos expē- ditio 96, 37. clades, ib. 44. vi- goria, ib. 45. manubiæ, ib. 47	Brigida, Ditmari neptis 10, 51
Adelradus, rex Ang'us 94, 47	Benedicti Papæ vaticinium 47, 34	Bronnagus, abbas Fuldenfis 82, 1
Adulterarum pœna 105, 48	Berengarius exilio relegatus 18, 13	Bruno Colonienfis archiepisc. cum Hugone cōtra Ottonem M. 20, 33
Adulterii pœna 105, 34	Bergomum 61, 29	Bruno & Poppo ob philosophiæ stu- dium accusati 19, 6
Ala vrbs 35, 43	Beringerus 16, 21	Bruno Comes Harneburgensis 29, 22
Albertus Comes 9, 35	Bernā quatuor confratribus perem- ptus 96, 31	Bruno Comes, frater Guncelini 73, 6
Albis inundatio 90, 48	Bernarius episcopus 107, 46	Bruno Ditmari frater 3, 51. 49, 28
Alfker abbas scendo missam canere solitus 108, 11	Bernburg à Slaus occupatum & in- flammatum 41, 46	Bruno dux, Ottonis M. patrus 20, 30
Altmanus præsul 102, 51	Bernhardus antistes Hildesheimen- sis 111, 40	Bruno Henrici Imp. frater 55, 38. ad Vngaros profugus 60, 28. Henrico Cæsari reconciliatur 60, 47
Amalricus præsul 102, 50	Bernhardus dux 28, 50. 33, 53. 40, 41	Bruno Martyr 82, 30
Anglorum nominis fabulosa notio 94, 28	Bernhardus dux Saxonie 89, 16. bel- lum deserit, ib. 34	Bruno papa 41, 44
Animaduersio in turbatores pacis pu- blicæ 66, 19	Bernhardus dux vltor cædis Wigmā- ni 97, 42	Bruno Verdenfis episcopus coadiu- torem recusat 23, 19
Animæ non redeunt aut apparēt 93, 22	Bernhardus Halberstadenfis episc. 13, 5. 17, 52. Eius mors 19, 23	Budissina 53, 47. obfessa 63, 51. dedita 64, 14. iterum obfessa & capta 67, 11
Animæ tres 11, 32	Bernhardus episc. Verdenfis 92, 47	Budissinæ pacificatio cum Boleslao 105, 21
Anno Wormacienfis episcopus 24, 40	Bernhardi Marchionis multa 98, 20	Budscia familia 71, 55
Annus termotio dictus 113, 4	Bertholdus concrematus 110, 3	Burgundiæ Comitum potentia 92, 44
Arctoa plaga 94, 51	Bio Comes Merseburg. 72, 6	Burgundici regni tenuitas 92, 39
Argentina, ducatus Alemanie caput 54, 42	Bobra fl. 65, 49	Burgundus rex effœminatus 92, 33
Arnaburg opp. instauratum 66, 24	Boda fl. 19, 54	Calabria vtrique Imperio tributa- ria 33, 41
Arnolphus, Henr. Cæs. frater, epi- scopus Rauennas 85, 21. 102, 52	Boleslaus Boiemorum dux à fratre peremptus 15, 39	Calonymus Iudæus 33, 6
Arnulphus Cæsar 69, 23	Boleslaus alter dux Boemie 35, 54	Caminitz fl. 31, 44
Arnus, episc. Wirceburgensis 8, 33	Boleslaus Boiemus paralyti laborat 100, 7	Canis domini occisi vindex 14, 12
Auares Vngari 15, 42. 17, 18	Boleslaus, Guncelini Marchionis fra- ter 72, 49	Canutus & Haraldus Suenonis filii, eorumque expeditio Anglica 95, 23
Auares pharetrari, Ludolphi loci 16, 50	Boleslaus Mifconis F. degener 46, 20. Cæsari vestigalis 54, 22. He- rico Comiti auxilia mittit 56, 9. Eius crudelitas 46, 30. vxores 46, 42. hostiliū excurfio 53, 45. & succellus 54, 12	Capunga 88, 16
Augea insula 54, 53	Boleslaus Polonus 23, 2. 35, 26. fœ- dus inuit 37, 51. perfidus fit 38, 1. fidem præstare studet, ib. 14. Cæ- saris hostis 56, 40. Bauariis infe- stus 60, 23. à Cæsare petitur bel- lo 62, 34. 64, 42. pacem petit & imprætat 66, 14. hostilia iterum molitur 67, 31. in Cæsaris pro- uincias irrumpit 67, 43. denuo bello petitur 73, 16. pacem petit 81, 20. Merseburgi Cæsaris cliens fit 81, 48. Principibus accusatur 86, 8. sua munit 92, 29. recon- ciliationi Cæsaris studet 102, 21	Carentani, Henrici Cæsaris auxilia- rii 61, 5
Augustanæ Ecclesiæ episcopi: S. V- dalricus & Henricus 29, 25. Lu- dolphus & Gebhardus 41, 25. Sig- gefridus 60, 43	Boleslai bellum Russicum 113, 20	Caroli M. sepulcrum apertum 44, 4
Athanasii symbolum 65, 46	Boleslai & Mifconis bellum 37, 28	Carolus Rigdagi Marchionis filius 85, 42. 117, 3
Athelboldi Traiectensis & Codefridi bellum in Theodoricum 112, 20.	Boleslai Poloni hospitalitas 43, 33, 46. expeditio 56, 47. fuga 63, 13. 66, 1. expeditio in Russiam 81, 53. malitiosa astutia 82, 10. mores ib. 17. 105, 44. astus 87, 29. fraudulenta legatio 89, 52. arrogantia, bellumque in eum de- cretum 98, 32, 38. nuptiæ cum Oda 105, 25. ad Cæsarem legatio 113, 54	Cassella 88, 17
Athelbertus hybrida 110, 29	Boleslaus Rufus, dux Boiemorum 53, 32. Henrico duci studet 54, 26	Caus 95, 46
Athelragus archiepisc. Bremenfis 25, 35	Boto episc. Merseburg. eiusque di- cessus 24, 18	Chafna 39, 35
Athelweida, abbatissa Quedlinbur- genfis 99, 9	Bremenfes archiepiscopi, Athelda- 22	Chilianus marty. Scotus 8, 42
Baculus pro deo cultus 103, 21		Christianus Comes 19, 16
Baldericus Leodiensis episc. 112, 46		Chutiza 8, 32
Baldericus præsul Traiectensis 10, 53		Cideburus Polonus victoriam ob- tinet 22, 39
Baldricus Comes, hospitalis iuris vi- olator 97, 21, 28. rebellis 107, 18. reconciliatur 110, 16		Cnuto rex Daniæ, Christianus 12, 6
Baldricus Wigmanni Comitissæ fæ- les 99, 18		Colditz 91, 36
Balduinus dux regi rebellis 66, 28		Colonienfes archiepiscopi: Wg- fridus 15, 33. Bruno 20, 29. Wolmerus 21, 7. Gero 21, 9. Warinus 28, 30. Euergerus 38, 44. Heribertus 44, 25
Baldricus pro deo cogitur 66, 40		Cometa 37, 13
Bailica 92, 22. 110, 19		Confluentia 91, 40
Bauenberg à Cæsare exculsa 66, 44		Cono 101, 42
Beccelinus Comes Sueuus 93, 12		Conradus dux 16, 30. 24, 42. 35, 48
Beccelinus præsul 102, 50		Cōradus dux, gener Cæsaris, in præ- ho occumbit 17, 27, 39
Beleknegini, bibula fœmina & mili- tans 106, 23		Conradus dux Suenorum moritur
Belgeru pulcher mons 73, 19. 101, 22		
Benedictus Papa Hamburgum in ex-		

# INDEX IN

47, 8	Conradus & Bernhardus duces 36, 52	50. lapidatur 96, 10	Fridericus Palatinus 55, 30
	Conradi & Hermanni ducum mors 79, 31	Eberhardus dux 23, 50	Frisii 112, 25
	Conradus Geronis Archiepisc. auctulus 50, 44	Eberhardus primus episc. Pabebergensis 87, 27	Fritslaria 10, 2
	Conradus rex Rom. 9, 15	Ebriorum coniugium polluentium exempla 13, 28, 52	Fures puniti 98, 46
	Cōrad regis Rom. extrema petitio 9, 48	Eccardus ex abbate episcopus Pragensis 102, 19	Fufum argenteum filia Ottonis M. Mogunatiæ asseruatum 25, 8
	Cōradus, Timonis F. Marchio Mysnensis 120, 4	Eccardus, Hermannus, Guntherus, fratres Marchiones 90, 24	Ganafl. 90, 47
	Crispinus & Crispinus uxoribus 49, 14	Eccardus Marchio, Rigdagi successor 36, 15. contra Boleslaum missus 37, 32. 40, 21. uxorem ducit 42, 7. Imperatorem honorifice excipit 43, 31. Gislerum archiepiscopum amulatur 50, 22. imperium ambit 45, 11. imperio excidit & rebus nouis studet 52, 42. Eius cædes 53, 17. cædis causa, ib. 23. elogium & res gestæ 53, 28. 117, 15	Gebehardus, Heriberti Com. F. 97, 47
	Cromena 29, 14	Eccardus Hermannus Marchionis frater 118, 51. cum fratre Guncelinum oppugnat 72, 39. bonis exiit 81, 37. sylvam Ditmari episc. venationibus occupat, & milites licentius grassari permittit 110, 48	Gebehardus episc. Ratisbonensis 69, 25
	Crosna 65, 50. 89, 6	Editha Ottonis M. uxor 15, 37. Eius virtutes & mors 16, 2	Gentabbatia 66, 38
	Cruce in vestimentis 14, 6	Edmundus Anglus, eiusque cædes 95, 23, 43	Gerberga, abbatissa Gandersheim. 39, 47
	Cunegunda stirpe materna Ditmari 2, 18. 27	Ekkihardus Rufus 30, 43	Gerbertus papa Syluester 11, 83, 47
	Cunegunda Aug. morbus 99, 30	Eid, episc. Mysnensis 36, 21. 90, 15	Gerrenrod 19, 42
	Cunegunda Ditmari matris obitus 42, 6	Eidi episc. mors 91, 12. na. les, vita, mores, ib. 19	Gero intercessione Cæsaris Walthero Magdeburg. surrogatus 79, 23
	Dalemincia 8, 19. 35, 56. 120, 14	Eila Ditmari amita 3, 33	Gero archiepiscopus 87, 55. Eius matertera 99, 44. soror & uxor 29, 47
	Dani Christi iugū inscipiunt 18, 21	Eiluuardus Eidi Mysnensis successor 91, 51	Geronis Comitis & Waldonis monomachia 29, 28
	Danorum fuga ex Anglia 95, 46	Episcopatus vexati 111, 20	Gero Ditmari Marchionis frater, Coloniensis archiep. 21, 9. filium crucifixi caput sanat 28, 3. obit, ib. 28. mater eius Ida 21, 22
	Dedo Comes, eiusque cædes & res gestæ 71, 25, 44. 119, 16. Eius uxor & filius 72, 10, 12	Episcopatus octo in Saxonia vno die conditi 105, 1	Gero Marchio 15, 46. 18, 31. obit 19, 37
	Dedo Mysnensis Marchio 119, 45	Ernestus Alemanniæ dux in venatione occisus 88, 24	Geronis Marchionis cædes 90, 10
	Deiux crudelis 106, 18	Ericus episcopus 78, 49. 79, 16	Gisilbertus, Augustæ frater 61, 51
	Diaboli præstigiæ 13, 28	Erkanboldus Fuldeus Abbas 57, 20	Gisilbertus Comes Lutharingorum 23, 53
	Dies nouissimus 106, 48	Erp, Verdensis episc. 29, 3	Gislerus Magdeburg. archiepiscopus accusatus 43, 17. archiepiscopatu cedere iussus, ib. 51, 57, 35. Comitatum assequitur 49, 12
	Ditgrems Widechindi F. 116, 35	Ero & Raco Cæsaris capellani 47, 27	Gisleri fraudulencia 30, 46. somniū 47, 45. mors 57, 47
	Ditmarus Ditgremi F. 119, 13	Eruinus Comes Merspurgenis 9, 7	Gislerus episc. Merspurgenis 27, 50
	Ditmarus episcopus nascitur 29, 4. obfes poscitur pro auunculo 41, 3. Tagmonis archiepisc. comes 60, 49. episcopus Merspurgen. designatus 68, 5. inunctus, ib. 12. munus suum capessit 69, 42. præpositus Wallebecensis 69, 55. inuehitur sediciosus 70, 28. in sui seculi more, ib. 37. presbyter fit 70, 41. Idem futura poscit 71, 6. libertatis defendendæ auctor 74, 51. sollicitat pro ecclesiæ suæ bonis 75, 5. inuehitur in sui seculi mores, 70, 37. 105, 52. possessiones permutatione & largitione Cæsaris recuperat 98, 48	Etilardus Eidi Mysnensis successor 91, 51	Glogonia 73, 36. 100, 53
	Ditmaro parochiæ concessa à Gerone Magdebur. 91, 4	Ernestus Alemanniæ dux in venatione occisus 88, 24	Glomazi fons prodigiolosus 8, 24
	Ditmari vitæ breuis descriptio 4, 3. 100, 22. Eius abau ad Nō. Sept. cæ. 10, 32. auunculi à piratis capti 39, 41. 40, 24, 36. compleratio & sui accusatio 51, 2. 108, 17. cōfessio 12, 33. leformitas 51, 9. exhortatio ad successore 108, 21. familia 1, 1. fratres 3, 39. martyrologium 109, 3. somnia 68, 44. 78, 33. studia & monachatus 39, 2.	Erp, Verdensis episc. 29, 3	Gnecnensis archiepiscopus auctor Otto III. 43, 40
	Ditmarus Bernhardi ducis frater 112, 13	Ero & Raco Cæsaris capellani 47, 27	Godefridi & Gerhards conflictus 101, 26
	Ditmarus Geronis F. 90, 30	Eruinus Comes Merspurgenis 9, 7	Godescalcus episc. Frisingensis 63, 31
	Ditmarus Osnabrugensis episc. 102, 45	Eius mors 64, 18	Gosbertus Dux 8, 42
	Dittericus Dedonis F. à Cæsare honoratus 72, 11. paternorum bonorum successionem impetrat 72, 12	Ethelsteinus & Edmundus Angli 95, 26. clausi arma capiunt, ib. 37	Goslaria 88, 49
	Dodilo episc. refoffus 32, 9	Fames 39, 40. 68, 17	Goslaria exulta ab Henr. Cæl. 99, 14
	Dornburg 57, 35	Farmundus præsul 102, 50	Goslariensis conuentus 99, 20
	Dornburgense templum combustū 24, 17	Fatum 95, 46	Græcorum clades 18, 42
	Ducum filii non omnes nuncupabantur Duces 110, 29	Februarii etymon 106, 32	Græcorum legatio ad Ottonem M. 24, 2
	Dunstanus episc. Cantuariensis 95,	Ferriigniti miraculum 18, 24	Gregorii papæ in Ottonem III. infidæ 44, 11
		Flopan, miles Boleslai prudens 37, 42	Gregorii v. mors 43, 16
		Francofurdensis synodus 66, 42	Grona 75, 53
		Francofurti oppidi ad Mœnum etymon 104, 46	Guncelinus Marchio Mysnensis 117, 42. præbet se ductorem Mysnensibus contra fratris filium 53, 52. Boleslao Mysnâ denegat 56, 41. præsidium à Cæsare accipit 60, 27. Bu dissinæ incendium impedit 64, 4. ab Hermanno fratris filio dissidēs, Rochliciam in cineres redigit 72, 34, 37. à Cæsare maiestatis damnatus 72, 45. Arnulpho episc. asseruandus traditur 73, 2
		Frastr conuētus principum Saxonie 45, 7	Gūtherus ex monacho episcopus Ratisbonensis 21, 35
		Friderico Comiti Mysna commissa 91, 1	Guntherus Marchio Eccardi Marchionis pater 42, 11. 110, 33. 117, 6
		Fridericus Comes Ileburgi 98, 9	Gulting rex 95, 1
		Fridericus Ditmari frater 3, 43. cædem Dedonis iuuat 71, 50	Hadui Abbatissa Gerrenrod. 19, 42. eius mors 85, 44
		Fridericus, Dedonis Comitis frater 76, 41	Hadui Abbatissa Heslingensis 25, 38
		Fridericus, Marchio primus Mysniæ 116, 38	Halberstadenfes episcopi; Arnulphus 41, 35
		Fridericus Mysnæ præfectus 73, 4. 119, 31	

- 41,35. Bernhardus 13,5,11. Hil-  
libardus 19,47. Sigismundus 9,  
20  
Haraldus Danus 18,21  
Haraldus & Canutus Suenonis filij,  
eorumque expeditio Anglica 95,  
23  
Harduigus, Cæsaris æmulus 85,29  
Harduigus rex Longobardorū 60,  
55. Eius legatio ad Henr. Cæs.  
82,21  
Hasselgen provincia 96,31  
Hathuiprima Henrici vxor 9,5  
Hathonis archiep. Moguntini ver-  
futa 9,35  
Hed Comes, cœnobii Heslingentis  
fundator 25,32  
Heduigis Abbatisa 2,22  
Helmstadium tempore Caroli M.  
conditum 48,53  
Henricus Auiceps 8,16. Ottoni pa-  
tri succedit 9,30. Conradi sus-  
fragio Rex designat 9,48. inau-  
guratus 10,2. ab Vngaris victus  
fugit 11,44. Eius vxor prima 9,5.  
filius Tammo 10,16. eius altera  
coniux Mathildis 10,17. liberi  
ex Mathilde, ibid. 22. provincie  
eidem vectigales 10,27. obitus  
12,18  
Henricus Austriacus moritur 110,  
17  
Henricus Bauarus Ottonis M. frater  
23,53,29,5. Eius crudelitas 25,  
10. eius vxor suspecta purgatur,  
ib. 22  
Henrici Bauariæ ducis mors 39,51  
Henricus Bauarus F. imperium amb-  
bit 44,44  
Henricus Bauarus 110,22  
Henricus Bauarus in ducatum resti-  
tutus 102,41  
Henricus Bauariorum dux, legatus  
Cæsaris Henr. 100,28  
Henricus Cæsar designatus 50,33  
Moguntie inauguratus 54,31  
Pragam ingreditur 63,27. Rom-  
mæ inauguratur, & aduocatus S.  
Petri fit 84,13. Oderam transmittit  
89,18. in Burgundiam contē-  
dit 110,19. Eius actio cum Bo-  
leslao 98,24. clades 90,7. cō-  
gressus cum Burguado Argenti-  
næ 92,4. expeditio in Alemaniam  
54,40. expeditio Italica 60,57.  
80,5. & reditus in Germaniā 62,  
19. expeditio in Boleslao Polo-  
loquum 62,34,64,42,73,16,88,  
51,100,24. expeditio in Boles-  
lao irrita 76,29. expeditio in  
Milzenos 60,25. expeditio in  
Treueros 68,20. gaza direpta  
56,10. generi 76,13. generi sup-  
plices 87,21. humilitas 67,3. in-  
auguratio 85,14. munificentia  
in episcopatum Merseburgensem  
84,19 102,32. natalis 74,14. pa-  
cificatio Budislin. cum Boleslao  
105,21  
Henricus Comes, Cæsaris ex amico  
hostis 55,8. fugit ad Boleslao 57,  
11. le Cæsari pmittit 60,34. e vin-  
culis dimissus 63,49,64,27. e-  
ius fratres Bucco & Otto 56,15,36  
Henricus Ditmari auunculus obit  
97,17  
Henricus Ditmari auus torque aureo  
donat 22,19,33. expeditioni Dan-  
nicæ interest 28,50  
Henricus Ditmari auus maternus  
40,1  
Henricus Ditmari frater Wirinhario  
in raptu Reinholdæ præsto est 86,  
50  
Henricus dux e vinculis dimissus 34,  
26. Ottonis III. tutelam sibi ven-  
dicat 35,8. imperium ambit 35,16.  
conspiratur in eum, ib. 30. pacem  
tandem admittit 36,28,39. Eius v-  
xor Gisela 36,34  
Henricus gener Imp. dux Bauariæ de-  
signatus 60,41  
Henricus Germanus 113,30  
Henricus iunior, Marchio Mysaen-  
sis 120,1  
Henricus Marchio Austriæ 89,42  
Henrici Marchionis mors 101,50  
Henricus Minor cognominatus 36,  
49  
Henricus minor, dux Bauariæ, Impe-  
ratori rebellis 34,2,35,41  
Henricus Sanctus, 111. huius nomi-  
nis Bauariæ dux 13,2,44  
Henricus Superbus 89,4  
Henricus Wirzburg. episc. 91,55.  
Eius ambitio 66,50  
Henricus Zolunta Slaus 133,11  
Henricorum nomen Saxonibus fata-  
le 12,29  
Hepo decanus mutus 48,11  
Heribertus archiepisc. Colonienfis 61,  
42,97,50, ab Henr. Com. vexatus  
112,11  
Herigerus Archiepisc. 10,7  
Herimannus Comes Thiedrico anti-  
stiti infestus 98,4,17  
Hermannus Alemaniam & Alsatiam dux  
52,20. Henrico transitum negat  
54,30  
Hermannus Billungus 1,24  
Hermannus Comes, gener Henr. Cæs.  
67,39  
Hermannus dux 18,2,32  
Hermannus dux Saxoniam 22,17  
Hermannus ducis mors 23,4  
Hermannus Sæcuiæ dux Imperio de-  
stinatus 45,39  
Hermannus Eccardi Marchionis F.  
bellum facit Wilhelmo Vinariæ Com-  
miti, 53,38. a Mythenibus obside-  
tur 53,49. Fecialis ad bellum Bo-  
leslao incidendum ablegatur 67,  
39. Budislinam deditione amittit  
67,52. arcent Cunceliam patrii de-  
struit 72,34. caelum cōtra patriū  
obtinere 72,44. eidem in Marchia  
succedit 73,5. Mysaensibus ignoscit  
73,14. cū Iaromiro & Gerone in  
armis est 73,35. legatum Boleslai  
ad Cæsarem deducit 87,17. Geronis  
Marchionis cadaver excipit  
90,24. ad Mysiam defensionē mis-  
sus 90,32. ad vrbs excidium cauē-  
dum, Mysiam Eidonem episcopum  
sepeliri curat 61,37. Eius cum Dit-  
mato simulas 111,12. Eius vitæ  
breuis descriptio 118,12  
Hermannus, Guntherus, Eccardus, fra-  
tres Marchiones 90,24  
Hierosolyma a Sarracenis capta 21,  
29  
Hildegimus primus Halberstaden-  
sis ecclesie episc. 48,54  
Hildesheimenses episcopi: Aduinus  
37,1. Bernhardus 37,8,76,40,111,  
40. Gerdagus 37,3. Oldafus 37,2  
Hillebardus Cicensis, Eidi successor  
91,14  
Hillesleuense monasterium combu-  
stum 45,20  
Hilibrardus Halberstadenfis templi  
cōstructor 39,23. Eius mors 41,30  
Hiribertus archiepisc. Mediolanen-  
sis 107,12  
Hodo Marchio 47,9  
Hoico Ottonis III. Magister 36,45  
Homines merguntur 97,4  
Hugo episc. Cicensis 32,16  
Iarina vrbs a Gerone dicta 70,26  
Iaromirus Henr. Cæs. auxiliatur 62,  
50. Blemiam recuperat 63,18.  
Henr. Cæs. militat 64,46. regi fi-  
delis 73,22. exul 76,55. custodiae  
traditus 79,43  
Ieroslaus 113,34  
Ida nurus Ottonis I. 103,30  
Ida Sueui ducis filia 16,15  
Ieiunii violati pœna 101,35  
Iena 53,43  
Heburg incendio perit 104,44  
Insula Porci 87,8  
Inundatio 79,52  
Ioannes Crescentij F. 103,40  
Ismisul 15,49  
Iruptionis in exteras nationes causæ  
16,53  
Itali fallaces 85,39  
Italica legatio 90,22  
Iuditha Ditmari auia 25,43  
Iuterbock 67,49  
Kemnitz fluuius 8,31  
Ketilsylua 34,18  
Kiouia 104,35. oppugnata & dedita  
113,34  
Kiouia vrbs amplitudo 113,48  
Kifa miles, eiusque cædes 40,16,35  
Lamberti clades & immanitas 97,5  
Lambertus episc. Constantiensis 55,4,  
obit 110,10  
Lebus vrbs 12,1  
Lebusia Romanoru olim præsidium  
74,7. a Boleslao obsessa, capta, &  
incensa 78,51  
Lederuni mastati homines & equi cū  
canibus & gallis 12,8  
Leopoldus Marchio 40,7  
Leopoldus Marchio, Ernesti pater  
88,35  
Limburg 10,1  
Lipsia 91,14,102,37  
Lomacia 8,20  
Longobardi fluxa fide 85,27  
Lotharius Ditmari auus monasteriū  
condit 70,7. conspirationis in Ot-  
tonem M. socius 20,7. eius vxor  
Mathildis ib. 12  
Lotharius patruus Ditmari 34,39,  
14,41,55. Hermannus ducis gra-  
tiam captat 52,24. Eius mors 80,  
33. vxor eius Cordila, ib. 36,42,14.  
filius Wirinharius, ib. 19  
Lotharius proauus Ditmari maternus  
1,20  
Lotharius rex Carolingorum 29,16  
Eius congressus cum Ottone II. 29,53  
Luchardis, nurus Ditmari 11,24  
Lucarda W. nero desponsa 119,4  
Ludgarda Eccardi Marchionis filia,  
ab Wirinhario rapta 42,14,34  
Luidgardis mors 80,6. eius maritus,  
ib. 26  
Ludolphus Abbas Corbeiensis 19,31  
Ludolphus Ort. M. laboris consors  
16,9. bellum gerit contra patrem  
16,27. patri fit supplex 17,13. Eius  
vxor 16,15. altera rebellio & mors  
18,6

# INDEX IN

Luitici Saxonum in hostes	38, 11	Mylniam irruptio	90, 33. abscissus 90, 49	aduersus Lotharium 29, 15. lucretus & religiosa munificentia 27, 31. res gestæ in Italia 32, 42. vxor 18, 48. mors & sepultura 34, 4
Luiticiorum dea	102, 4	Mifeco Polonus	38, 25	Otonis III. bella & prudentia 37, 9. conspiratio in eum 44, 30. eius expeditio Italica 41, 42. in unctio 34, 18. iter religiosum in Poloniam 43, 23. mors 44, 35. supus 45, 22. incestina Augustæ condita 44, 54
Luiticiorum motus	106, 26	Mifeco Polon <sup>9</sup>	22, 35, 23, 2, 35, 25. ab vxore ad Christianam religionem pertractus 46, 11. Otonis III. cliens 36, 55	Otoni in archiepiscopatu Bremensi prælatu Vnuanus 81, 24
Luitonis Brethensis archiepisc. ad suos cohortatio	80, 49. mors, 81, 13	Mifconis Poloniferuitus	54, 20. vxor Dobraua 45, 51. altera vxor Oda, & filii ex eadem 46, 24, 34. mors 46, 39	Osnabrugensis episc. Dedo 49, 13
Lumacia pagus	56, 54	Mistui Oborritorū dux Hamburgū	vaftat 32, 20. Henrici ducis cliens 35, 25	Ostentum oscinum 112, 42
Luna ciu. a Sarracenis inuafa	96, 35	Mitislauus princeps	106, 27	Ouis quinque cruribus 99, 26
Lunenburg terra motus	82, 3	Mogelena vrbs	35, 56, 57, 1	Pabebergense fanum dedicatum 74, 13
Lunizina vrbs	109, 90	Moguntini episc. Erkinbaldus	91, 46. Frideric <sup>9</sup> 3, 47. Hattho 9, 35	Pabebergensis episcopatus fundatio 66, 46
Lufatii, Henrici Cæs. auxiliares	65, 4	Hillibertus	15, 33, 23, 46. Robertus 18, 31. Wilhelmus 19, 25, 24, 3. Willigifus 28, 32	Pabebergensis episc. primus 67, 27
Lutatorum barbara religio, reipublica & mores	6, 12, 35, 41	Monachia Thruuensis	107, 24	Padeborna 91, 44
Lupi tres	112, 53	Monasteria fuerunt scholæ	30, 25	Padebornæ incendium 64, 32
Luxus matronarum	47, 52	Monstrum	41, 26, 79, 34	Palas, id est Pfaltz, munitur 68, 15
Magdeburgum ædificatur	15, 54	Morau Bauarios obruticant	100, 17	Papiensis seditio 61, 35
Magdeburgi monasterium S. Iohannis flammis absumptum	100, 31	Morauorum in Boemiam irruptio & clades	101, 18	Pilsna vrbs 29, 9
Magdeburgi collegii priuilegium	27, 41	Mors e fungis	112, 47	Poloni capri 56, 15
Magdeburgensis abbatia instituta	17, 49	Mulher demortua reuiuifcit	93, 13	Poloni bobus comparati 105, 31
Magdeburgensis conuentus	39, 43	Mundi ætates tres	26, 19	Poppo, Leopoldi Marchionis F. Meingaudi Treuerensis successor 91, 44
Magdeburgense horologiū Gerberti opus	83, 11	Myfna vrbs coadita	11, 51. a Boemis occupata 36, 8. Boleslao dedita 54, 8. obfessa & oppugnata 90, 38	Poppo, Wilhelmi Comitis frater 19, 1
Magdeburgenses episc. Adelbertus 20, 16. Tagmo 58, 15. Theodoricus 77, 27. Waltherdus 74, 5		Myfna suburbium instauratum	90, 50	Polnania 66, 11
Magdeburgensis archiepisc. suffraganei	20, 21	Myfneses rerum nouarum studiosi	53, 48	Præcepta morum in episcopo 108, 43
Marchionum Myfniæ origo	116, 5	Nemetzi vrbs obfessa	101, 1. obfido soluta 101, 47	Procu, auunculus regis Pannonici 106, 14
Marchionum Myfniæ familiæ duæ, 116, 29		Neomagenfis synodus	107, 9	Prodigium 79, 36. 103, 32
Machildæ monachæ cum Præmislo matrimonio	48, 2	Neumburg	102, 30	Proditor extremè infamis 50, 6
Mathildis abbatiffa Quedlinburg, 42, 33. mors eius 43, 3		Obotriti in libertatem se vindicant	106, 37	Prufsi, ethnici 82, 46
Mathildis Otonis III. foror, Comit. Palacini filio nubit	47, 4	Occidentalium mores	38, 27	Ratmersleua 11, 18
Machildis Henr. Aucupis altera coniux 10, 17. Eius opera pro redemptione animæ mariti 12, 41. obitus 19, 33		Oda Boleslao collocata	105, 25, 119, 9	Ratisbona Reinesburg dicta 16, 48
Mauricii corpus Magdeburgū translatum	19, 18	Odera fl.	65, 48	Ratisbonenses episcopi: Gebhardus 58, 37, 69, 25, 74, 18. Guntherus 21, 35. Michael 22, 1. Wolfgangus 58, 21
Mauricii uariouis vindicatio	48, 27	Oleum ex terra scaturit	103, 37	Reges iniuriarum memores 56, 1
Meingaudus archiepisc. Treuir 91, 39		Olfa vrbs	43, 12	Reinbertus episcopus 104, 6
Mersburg opus Romanorum 12, 15. Cæsari carum 73, 15		Othalicus regno fratrem pellit	76, 55. Iaromiri successor in regno 79, 50. in suos crudelis 83, 37. vrbem Busine incendit 89, 40. Nemetzi vrbem tentat 101, 46	Reingerius, Lamberi frater 97, 9
Merspergi diplomata abolita 31, 46		Otto, Ludolfi F. dux Bauaria	29, 39, 32, 48	Ridegafis vrbs 65, 8
Merspergicus Comitatus Burcardo concessus	64, 25	Otto Comes	110, 15	Rigdagus Marchio Myfnesis dolo interfectus 36, 4. 116, 42
Merspergensis episcopatus ditatus 27, 9. destruct <sup>9</sup> 31, 14. discerptus 31, 38. instauratus 60, 16		Otto Henr. Aucupis pater, rex Rom. designatus	9, 17	Roberti Regis laudes 97, 14
Merspergenses Comites: Bio 24, 18. Esico 55, 24. Erminus 9, 7. Sigfridus 15, 45		Otto Magnus Henrico patri surrogatus 15, 26. vouet Episcopatum Merspergensem 17, 29		Rochilicia 72, 36. 103, 30. in cineres redacta 72, 36
Meferici Abbatia 66, 6		Otonis M. bellum Vngaricum 17, 20. bellum cum filio Ludolpho 16, 27. expeditio Italica 18, 10. conspiratio in eum punita 20, 5. eius filia infamata & vindicata 24, 50. legati a Græcis violati 18, 36. religiosa pietas 22, 45. res aduersæ 15, 39. somniū 21, 35. vxores 15, 37, 16, 23. mors & sepultura 25, 48		Roma ab Ottone III. amata 44, 23. caput vrbium 103, 37
Mefico Polonus Imperio vectigalis 18, 31. vide Mifeco		Otto II. imperator Romæ declaratur 19, 33. Cæsar approbatur 26, 2. inunctus 24, 14		Rotherdus Lamperti successor 110, 12
Metalla inuenta 18, 19		Otonis II. astus 33, 16. clades Sarracena & fuga 32, 54. expeditio Danica 28, 47. expeditio in Henricum Bauarum 29, 5. expeditio		Rudolphus, rex Burgundionum 92, 2. 107, 5
Michael Ratisbonensis episc. 22, 1				Rufforum clades & fuga 113, 29
Miles ob sacrilegium a muribus consumptus 79, 36				Ruftici legatio 88, 41
Milzeni qui 17, 19				Sacerdote absente confiteri licet alii 88, 28
Milzeni Henrico Aucupi tributarii 11, 55				Salandriæ nauis descriptio 33, 37
Mimmileuensis Abbatia instituta 27, 36				Sanguis e pane fluit 103, 32
Mimmileuense monasterium Heresfeldensis ecclesiæ subditum 93, 7				Sarracenorum irruptio in Italiam 96, 35
Mifeco Boleslai Pol. F. 81, 31. Cæsaris deditus, ib. 46. dimissus 88, 5 patri præsto est contra Cætarem 89, 6. Boemiam inuadit 100, 49				Sarracenorum regis minæ 96, 51
Mifconis F. humanitas 89, 24. in				Saxonia paradiso confertur 62, 33

DITM. CHRON.

Sigfridus, Comes Northemii, eiusq; filii 52,52	genſi ſucceſſor deſtinatus 77,27	46,50
Sigimundus Halberſtadenſis epiſc. Henrici Aucupis coniugium im- probat 9, 20. Eius mors, ſo- mnium, ſucceſſor & funus 13,2,6, 11,14	Theophania Ottoni II. collocata 18, 40. III. Ottonis mater 35,3- Eius laus 37,24. mors 38,42	Wallibienſe monaſterium incendio perit 74,11
Sigefridus Ditmari auunculus de fu- ga conſiliarius init 41,7. Comi- tarum obtinet 92,21.	Thiebalduſ Marchio 61,26	Wallisleua vrbs 10,29
Sigefrius Ditmari frater 3,53. in obſidem petitur 40,55 Ab- bas 74,28. Eius mors 94,17.	Thieddagus Pragenſis epiſc. 63,27. 100,5	Waltherduſ Dodico 30,34
Sigefridus Ditmari pater 2,41. in bellum contra Miſeconem pro- fectuſ 22,36. Eius viſio 31,1. militia 38, 50. laus & mors, 39,8	Thiedricuſ dux 31,59	Waltherduſ Magd. archiepiſcopuſ deſignatuſ 74,46. inauguratuſ & inunctuſ 76,6,18. Eiuſ epiſcopa- tuſ reuiſ 78,19. laudeſ 77,36. 78,11. morbuſ 76,33. mors 77, 2 parenteſ ib,46
Sigefriduſ Hodoniſ Marchioniſ F. 47,10	Thiericruſ mater teræ Ditmari F. Mirmingerdenſiſ antiſteſ 112,9	Waltheruſ Burgundio, cognomento Puluiſ 101,32
Slau debellati 39,21	Thietmaruſ Marchio, Geroniſ pater 90,26	Wancelebum 110,1
Slauicum bellum 18,1	Thibernuſ miles 64,51	Werneruſ ſue Wirinhariuſ, p. arueliſ Ditmari 3,16
Slauorum fideſ 11,30	Thrubienſiſ monacha 107,24	Wetmendiſ familia 6,14
Slauorum defeſtio 32,5	Tommo indomituſ 64,10	Wicelinuſ Argentinenſiſ epiſc. 54, 43
Slauorum cladeſ 32,34	Tongeruſ fl. 32,28	Wigberti Merſepurgiſ nataleſ, ſtu- dia, progreſſuſ, morſ 68,39
Sol prodigioſuſ 107,20	Tonitruſ terribile 46,55	Wigmannuſ Comes 23, 51. deu- ictuſ 18,1,20. Eiuſ morſ 97,19
Soliſ defeſtuſ & cauſa 38,38	Tractenſe templum incendio perit 104,43	Wigo epiſcopuſ 75,10
Somnia monaſtica 93,33	Tremoniendiſ ſynoduſ 64,34	Widechinduſ Iuuior, comeſ Wettin- endiſ 116,28
Sororeſ duæ monaſteſ 99,33	Treurentiſ epiſcopi: Adelbero 68, 13. Ludolphuſ 39,38. 68,13. Mein- ganduſ 68,13. 91,39. Poppo 91, 44	Widechindiſ Iuuior ſ poſteri in di- uerſaſ familiaſ diſfuſi 116,18
Speſtrum 103,1	Tumultuſ in Arnulphuſ epiſc. 83,4	Wihelmuſ Burgundiuſ fugientem epiſcopuſ canbuſi adagat 9,14
Sprea fl. 64,11	Turgutiſ pirataruſ duciſ caedeſ 95, 40,43	Wihelmuſ Comeſ Viuanenſiſ 36, 24
Stella noua 36,42. 112,48	Turbæ in Italia 45,41	Wihelmuſ Comeſ Wirinharii fami- liariſ 86,30
Sirela vrbs 53,48. 56,50	Valcoibenſiſ abbaſ 88,20	Wihelmuſ Comeſ 91,17
Sueno Danuſ Haraldi F. Angliam capit 94,28. iniuriarum impari- endiſ 94,36. Eiuſ matrimoniuſ 95,17	Vaticinatio Diabolica 28,8	Wihelmiſ Mogūiniſ archiepiſc. morſ 25
Sueno rex Angloruſ pirataſ tollit 107,13	Vdalricuſ S. 10,9. 17,35	Wihelmuſ Turinguſ. 55,20
Suerina opp. 106,29	Vdo Comeſ 114,6	Willa Berengariiſ vxor 18,14
Suetopolcuſ dux imperio uectigaliſ 83,44	Vdo Marchio 22,34. 23,55	Willigiuſ Ditmariſ frater 4,1. Walle- benciſ præpoſituſ 71,19
Suitgeruſ antiſteſ 111,43. & mira- cula 111,52	Veaceſ lauſ Boiemieſ dux fratrem oc- cidit 15,39	Willigiuſ Robertiſ Mogūntiaſ ſuc- ceſſor, 28,31. Eiuſ nataleſ, ib, 36
Tagmo Giſleriſ ſucceſſor 58,15. Eiuſ laudeſ 75,26. morbuſ & morſ 74,24,36	Veneroruſ naufragiuſ 105,3	Wirinhariuſ Luidgardam rapit 42, 34. ſupplex ſic Abbatiaſ 42,53
Tammo Henrici Aucupis F. 10,16. occiditur 15,43	Verona 61,24	Wirinhariuſ Marchioſ accuſatuſ 71, 23
Tempeſtaſ 81,33. 96,27. 100,21	Verona conuentuſ Imperii 33,51	Wirinhariuſ Lothariiſ F. 80,37. ac- cuſatuſ apud Car. 81,36. rapit Reinhildam 86,10. Eiuſ morſ & ſepultura 86,52
Tertullianuſ 78,28	Vſſo Magdeburgenſiſ ebruſ 13,53	Wirthuni 100,3
Theodorici duciſ periculum 114,10	Vicegradum 63,15	Wormaciendiſ epiſcopi: Anno 24, 40. Hillebalduſ & Franco 47, 17,20
Theodoricuſ Ditmariſ nepoſ 75, 52. cum Gerone fortunam per- mutat 79,17	Vidzeruſ Bernhardiſ Verdenſiſ ſuc- ceſſor 93,4	Wulckmaruſ abbaſ Fuldenſiſ 107, 20
Theodoricuſ epiſc. Metenſiſ 31,33	Vinaria obſeſſa 53,40	Wolmerſtad 71,46
Theodoricuſ Merenſiſ & Henricuſ frater in Caſarē conſpirant 72,15	Virdunum condituſ 49,4	Wulframiſ militiſ audacia 61,52
Theodoricuſ Merenſiſ excommu- nicatuſ 80,45	Virdunenſiſ epiſc. Heimo 72,30	Zarza ſauet Caſari 62,54
Theodoricuſ epiſc. Mimmingero- denſiſ 97,36	Vlodomiruſ Ruſſoruſ rex 103,55. eiuſ vxor & filii 104,1,4. morſ 104,27. filiuſ cum coniuge cultor- dia tradituſ 104,14. filii captiuuſ fuga 104,28	Zerbit 67,45
Theodoricuſ Fridericiſ Comitiſ hæ- reſ 98,11	Vngariſ Turingiam & Saxoniam va- ſtanteſ 23,48	Zobiſ lauſ 63,16
Theodoricuſ Lotharinguſ 52,22	Vngariſ regiſ in victoſ clementia 106,16	Zorbecht Burggrauiſtuſ 72,8
Theodoricuſ Waltherduſ Magdebur- genſiſ ſucceſſor deſtinatuſ 77,27	Vngaricum bellum 17,20	Zuentipolcuſ Vlodomiriſ F. 113,38

FINIS.

V. S. P. ... 452



1731292



*Handwritten text, possibly a signature or title, located below the shield.*

